# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Sermones thesauri novi de tempore

**Petrus <de Palude>**

**[Straßburg], 1489**

Sermo CXLI – Sermo CL

urn:nbn:de:bsz:31-306766

Visual Library

throni eſt reget illos et deducꝫ eos ad vite fon
tes aquarū. ꝛ abſterget deus omnē lachrymā
ab oculis eorū. K Quarti qui vident
deū in eterna claritate ſunt omēs boni prelati.
tam ſpūales ꝗ̃ ſeculares. qui ſicut precedunt
in dignitate. ſic ꝛ precedant ſuos ſubditos in
ſplendoribꝫ virtutū. in operibꝫ iuſticie: vt ſint
ſuis ſubditis recta forma viuēdi. Tales figu
rant̄ per Moyſen. cuꝫ quo dominꝰ loquebat̄
facie ad faciē. ſicut amicus cū amico. Sic do
minus ſpūaliter loquit̄ bonis prelatis inuiſi
biliter inſpirādo rectū moduꝫ regendi ſubdi
tos. Et ſicut Moyſes eduxit populuꝫ iſrael
de egypto per deſertū in terrā promiſſionis flu
entem lacte ꝛ melle. ſic boni prelati ducunt po
pulū dei fideles chriſti doctrina ꝛ exemplis d̄
tenebris viciorū ad lumen gratie ꝛ ad ſpiritu
alem vitā. deinde ad eternā patriā. Et hoc fi
guratur Apocal. iiij. vbi Johannes vidit in
circūitu ſedis diuine maieſtatis ſedilia vigin
tiquattuor. ꝛ ſup thronos vigintiquattuor ſe
niores ſedentes circūamictos veſtimētis albis
ꝛ in capitibꝫ eoruꝫ corone auree. Dicit gloſa.
Per vigintiquattuor ſeniores intelliguntur
omēs prelati veteris ac noui teſtamēti: qui re
quieſcunt cū deo in eterna gloria. circūamicti
ſtolis albis. id eſt claritate corpis et aīe. Et
auree corone. id eſt eterna p̄mia ſuper capita
eorū. Hoc idē vult Pſal. xlvi. cū dicit. Prin
cipes populorū ꝯgregati ſunt cū deo Abraam
ſcꝫ in eterna claritate. quoniā dij fortes terre.
id eſt p̄lati q̄ ſunt dij. Exodi. vij. ꝛ xxij. vehe
menter eleuati ſunt ad celeſtia regna ad viſio
nem dei. Unde apl's. i. ad Thimoth. v. Qui
bene preſunt preſbyteri duplici honore digni
habeant̄. ſcꝫ in preſenti ꝛ in futuro. Et ſunt ta
les de quibꝫ Grego. dicit. Bonꝰ prelatꝰ gau
det plus prodeſſe ꝗ̃ preeſſe. Nam ſm̄ Greg.
in regula. Apud deū non gradus elegantior:
ſed actio melioris vite cōprobatur. L
Quinti qui videbūt deum in celeſti paradi
ſo ſunt boni cōiuges ſeruantes diuina prece
pta. qui per latā viam mandatorū dei currunt
ad eterna gaudia. qui bene figurant̄ per Job
cap. vltimo. Auditu auris audiui te: et nunc
oculus meꝰ videt te. Ipſi prius audiūt domi
nū loquentē in veteri ꝛ nouo teſtamento di
uina precepta ea implendo. ꝛ tunc poſtea vi
debunt in eterna beatitudine oculo ad oculū.
Ecce Job interp̄tatur dolens: ꝛ ſignificat bo
nos cōiuges. qui iuſtos dolores ꝛ tribulatio
nes carnis patiūtur laborando ꝛ curando. nō
ſolū pro tempalibꝫ: ſed etiā pro eternis. de qui
bus Pſal. cxxvij. Labores manuū tuaruꝫ ꝗꝛ
manducabis. beatus es ꝛ bene tibi erit. Nam
habet̄ in. iiij. ſententiaruꝫ. Non ſolū virgines
ſed etiā cōiuges per bona opera ꝛ miſericordi
am peruenīunt ad regnū celorum. Dicit enim
apl'us. i. ad Thimo. ij. Mulier ſaluabitur p
filiorū generationē. Sexti qui videbūt deum
in ſua eterna claritate: ſunt omēs vidue et ve
re penitētes. qui hic lugēt pro peccatis ſuis: ꝛ
etiā aliorū expectātes repromiſſionē eterne vi
te. Et iſti figurant̄ bene p Iſaiam. qui dicit̄ ſa
lus domini. qꝛ vere penitētes ſaluat deus per
gratiā ſuā. Juxta dictū ſaluatoris Matth. x.
Penitentiā agite: appropinquabit eñ regnū
celorū. Septimi q̄ vident deū in eterna viſio
ne: ſunt v̄gines: qui hic dedicant deo virgini
tateꝫ ſuā in perpetuo ꝓpoſito. vt dicit Amb.
Uirginitas eſt integritas corpis cū propoſi
to ꝯtinentie. Tales offerūt deo ſacrificiuꝫ im
maculatū. ꝛ hi figurātur per Micheaꝫ. q̄ di
citur. quis eſt iſte. nō interrogatiue ſed admi
ratiue. quia valde pauci ſunt qui virginitatē
mentis ꝛ corpis cuſtodiūt ꝛ ſeruant. De quo
Matth. xix. Nō omēs capiūt verbū hoc. ſed
qui poteſt capere capiat. qꝛ nō eſt hoīs ſed
dei. De quo Sap. viij. Nō poſſum eſſe conti
nēs niſi deus det. Similiter Augꝰ. Domie
iubes ꝯtinentiaꝫ. da quod iubes. ꝛ iube quic
quid vis. Naꝫ ſm̄ Hiero. Uiuere in carne p̄
ter carnem nō eſt vita humana ſed angelica.
Et legitur in collationibꝫ patruꝫ. Maior eſt
virtus caſtitateꝫ tenere ꝗ̃ demones expellere.
Idcirco propter hanc excellentē virtutē clarā
habebunt dei viſionē. De quo Apocalip. xiiij.
Uirgines enim ſunt. hi ſequūtur agnū quo
cunq; ierit.

De eadem dominica.
Sermo. CXLI.

H Omo quidaꝫ deſcēdebat ab hieruſalē in hie
richo: ꝛ incidit in latrones. ſcri
bitur Luc. x. M In hac parabola qua
druplex ſtatus hoīm deſignat̄: ſm̄ quattuor
tempa que fluxerūt a p̄ncipio mundi vſq; ad
finem: ſcꝫ deuiationis. reuocationis. reconci
liationis. ꝛ peregrinationis. Tempus deuia
tionis fuit ab Adam vſq; ad moyſen. ad Ro
ma. v. Regnauit mors ab adaꝫ vſq; ad moy
ſen. Secundū tempus reuocationis. ꝛ fuit a
Moyſe vſq; ad chriſtum. quia per legē ꝛ pro
phetas a p̄cto deus hoīes reuocauit. Deīn ad

Gal'.iij. Lex pͣpter tranſgreſſionez poſita eſt.
ſcilicet vt tranſgreſſio cognoſceret. Ad Rom.
vij. Peccatū nō cognoui niſi per legem. nam
ↄcupiſcentiā neſciebam. ſcʒ peccatuʒ. niſi lex
diceret. nō cōcupiſces. Terciū temp⁹ recōcili
ationis fuit a natiuitate chriſti vſqʒ ad miſſi/
onē ſpūſſancti. q: p ea que chriſt⁹ geſſit in car
ne recōciliauit nos deo patri. Johan. i. Lex p
moyſen data eſt. grā ꝛ veritas p ieſuʒ chriſtū
facta eſt. ꝛ ad Roma. v. Recōciliati ſum⁹ deo
p mortē filij eiuſ. ꝛ ad Ro. viij. Ipſe ſpūs teſti
moniū reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſum⁹ filij dei.
Quartū temp⁹: ſcʒ pegrinatiōis eſt a miſſio/
ne ſpūſſancti vſqʒ in diē iudicij. dum pegrina
tur pſens ecclia in hac vita. Vn̄. ij. ad Cor. v
Dū ſum⁹ in hoc corpe pegrinamur a domio.
Lyra. i. ſepati ſumus. p fidē em̄ ambulam⁹ et
nō p ſpeciē. Primo ergo innuit ſtatus deuia/
tionis. ibi. Homo quidā deſcēdebat ꝛc̄. Se/
cūdo reuocatiōis. ibi. accidit aūt vt quidā ſa/
cerdos. Tercio ſtat⁹ recōciliatiōis. ibi. ſama/
ritanus autē ꝛc̄. Quarto pegrinatiōis. ibi. al/
tera die ꝛc̄. De pmo dicit. Homo qdā deſcen
debat ſcʒ adam. q: a glīa paradiſi cecidit. ꝛ in
exiliū hui⁹ mūdi venit. ꝛ nō nomiat̄. q: dicit
Symon de caſſia. Digni nomiari nō ſunt q̄
ſe ad peccandū diſponūt. q: de libro vite delen
tur qui pcta pficiūt. Pſ. lxviij. Deleant̄ de li/
bro viuentiū ꝛ cū iuſtis nō ſcribant̄. quo eniʒ
nomie nuncupet̄ qui creatori rebellare diſpo/
nit. quo cenſebit̄ titulo q̄ a deo diuortiuʒ que
rit. Symon de caſſia. Caret dignitate nomi/
nis q̄ viuit lege tartarea. Ideo nomē perdidit
dignitatis. ſcʒ vt fili⁹ dei diceret̄. q: ab hieru/
ſalē receſſit. retinuiſſet em̄ hoc nomē ſi ſtetiſſet
Iuxta illud Matth. v. Beati pacifici: qm̄ fi
lij dei vocabunt̄. ſic nos dicimur chriſtiani a
chriſto. Symon de caſſia. Dignū eſt vt illuʒ
imitemur: cui⁹ nomie inſignimur. hoc nomē
pdunt q̄ eius moribꝫ ↄtradicūt. ſic et Adam
dicit̄ quaſi a deo ꝛ nō nomiat̄. iō quia deſcēde
bat ab hieruſalē. i. a viſiōe pacis. Nā in ſtatu
innocentie triplicē habuim⁹ pacē. Priō tem/
poralē. Baruch. iij. Si in via dei ambulaſſes
habitaſſes vtiqʒ in pace ſup terrā: ſed nūc nō.
Job. ix. Quis reſtitit ei ꝛ pacē habuit. quaſi
diceret. nullus. Scdo ſpūalem. Prouerb. iij
Omes ſemite ei⁹ pacifice. ſed iā nō. de q̄ Pſ.
xxxvij. Nō ē pax oſſibꝫ meis ꝛc̄. Et Iſa. xlviij
Nō eſt pax impijs dicit dn̄ſ. ſed implet̄ illud
Pſ. xiij. Contritio ꝛ infelicitas in vijs coruʒ
ꝛ viā pacis nō cognouerūt. Tercio paceʒ eter
nitatis. ad Phil'. iiij. Pax dei que exupat om

nē ſenſum cuſtodiat corda vrā ꝛ intelligenti/
as vrās: ſed nūc nō. de q̄. ij. Paralip. xv. Non
erit pax egrediēdi nec ingrediēdi. ꝛ ſic adā de/
ſcendebat ab hieruſalē in hiericho. i. in muta
bilitatē. ¶ Reuera mutabil' fact⁹ eſt. cō
ſidera ei⁹ priorē dignitatē in qͣttuor. Priō cre
atus eſt indeceptibil' rōne. ſcdo inalterabilis
paſſione. tercio immortal' duratiōe. quarto e/
quipabilis platione. Dico primo adā creatus
erat indeceptibil' rōne Gen̄. i. Faciamus ho/
minē ad imaginē ꝛ ſi. no. nō in ſilitudie corpo
ris: ſʒ aīe ꝛ potentiaꝝ ei⁹. ſ. mēorie. intellect⁹.
voluntatis. ꝛ ſunt potētie vni⁹ ſubē. ſicut pr ꝛ
fili⁹ ꝛ ſpūſſctūs. memoria erat tenax. intellect⁹
pſpicax. volūtas efficax. in mēoria id qđ volu
it potuit nō obliuiſci. intellect⁹ potens erat n̄
decipi. volūtas potēs erat nō cōpelli nec incli/
nari. nūc ṽo mēoria facta eſt labil'. intellectus
vmbratil'. volūtas inſtabil'. Idcirco Gen̄. iij
Adam vbi es. i. vbi mēoria volūtas ꝛ intelli/
gentia. ꝛ Job. xxviij. Vn̄ ꝗ ſapiā venit. ꝛ q̄s ē
locus intelligētie Eccs. vij. Deus creauit ho
minē rectū ꝛ ip̄e ſe infinit̄ immiſcuit ꝗſtiōibꝫ
Scdo creat⁹ eſt hō inalterabil' paſſiōe. tā in/
nata q̄ʒ illata. pptuabat em̄ cū fruct⁹ ligni vi/
te. nā potuiſſet nō mori. vt dicit mgr in. ij. di/
xix. Nō ledi. nō pati. nō turbari. nō infirma/
ri. nūc aūt deſcēdit ab hierlm. ꝛ impletū ē in eo
illud pſ. cxliij. Hō vanitati ſilis fact⁹ eſt ꝛc̄.
Tercio creat⁹ eſt imortal' duratiōe Gen̄. ij.
Inſpirauit in faciē ei⁹ ſpiraculū vite. ꝛ fact⁹ ē
hō in aīam viuentē. Mgr in. ij. di. xix. id ē vi
tam corpi dantē. ſic ꝙ poſſet nō mori. nō infi/
ci. nō interfici. nihil em̄ amitteret niſi dū pde
ret. Si em̄ aīa deo ſubeſſet ſemp corpi ſuo p/
eſſet. q: nō fuiſſet pena ſepatiōis niſi pceſſiſſet
culpa tranſgreſſiōis. Nūc vero deſcēdit. Job
xiiij. Homo nat⁹ de muliere ꝛc̄. Nam ſcribit̄
ij. Reg. xiiij. Omes morimur ꝛ qſi aq̄ dilabi/
mur in terrā. ꝛ ad Heb. ix. Statutū eſt om/
bus hoibꝫ ſemel mori. Quarto creat⁹ eſt e/
quiparabil' p̄latiōe. q: oīs creatura fuit ꝑa
ta ad ſibi obſequendū. de quo pſ. viij. Omia
ſubieciſti ſub pedibꝫ ei⁹. ꝛ Eccī. xvij. Deus de
dit ptātē homini eoꝝ q̄ ſunt ſup terrā. poſuit
timorē illi⁹ ſup omnē carnē. Sʒ nūc deſcēdit.
Vn̄ Aug. de ciui. dei. Nūc terrēt deſoztes fere.
vaſtāt te beſtie. infeſtāt miſerie. inſidiant̄ ver/
miculi. inuadit hō hoiem. vt ↄqͥritur Salo/
mon Eccs. viij. Interdū dn̄at̄ hō homini in
malū ſuū. Vn̄ em̄ venit tam ↄtumelioſa ſub/
iectio: niſi q: hō noluit ſubeſſe deo. ideo pōt
dici illud Hiere. ij. Leua oculos tuos ꝛ vide

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vbi nūc proſtrata ſis. ¶ Reuera homo
deſcendit ſicut ſcribit̄ Ecci. xl. Occupatio ma
gna creata eſt omībꝫ hominibꝫ: ⁊ graue iugum
ſup filios adam a die exit⁹ de ventre mr̄is eoꝝ
vſqꝫ in diē ſepulture. ⁊ ſic deſcēdendo incidit i
latrones. i. in miſerias p̄ſentis vite. Et notan
tur hic quinqꝫ mala in q̄ incidit hō p peccatū.
Primū eſt amiſſio interne quietis q̄ eſt qua/
ſi paradiſus ſpūalis. De quo Seneca. Non
eſt maior huiꝰ mūdi leticia q̄ꝫ tranquilla ꝯſci
entia. hanc hō pdidit. Scōm malū eſt defe/
ctus oīm bonorū. qđ notat̄ ibi. in hiericho. qđ
interpretatur defect⁹. q: nūc omībꝫ indiget: ⁊ ali
unde cū labore cogit̄ mendicare. vtpote victū
a terra. veſtimentū ab aīalibꝫ. adminiculuꝫ
a iumētis. Juxta illud poeticū Ouidij de ar/
te amandi. Ueſtes quas geritis ſordida lana
fuit. Unde increpat dn̄s iactantiā diuitū hu
ius mūdi. Apocal. iij. Dicis q: diues ſum et
locupleratus ⁊ nullius egeo: ⁊ neſcis: q: tu es
miſer ⁊ miſerabil' paup ⁊ cecus ⁊ nudus. Se
neca. Si quē vere vis eſtimare nudum inſpi
ce patrimoniū. honores. diuitias: ⁊ alia fortu
ne bona. nūc vero nudus eſt. Terciū eſt oppſ
ſio malorū ſpirituū. qđ notat̄ ibi. incidit in la
trones. i. in poteſtatē demonū p ꝯſenſuꝫ ppri/
um. Job. xix. Simul venerūt latrones eius
⁊ fecerūt ſibi viā p me. q: qui primū parenteꝫ
inuaſerūt. etiā totā poſteritatē inuadunt. Et
dicunt̄ latrones a latendo ꝓpter inuiſibilita/
tem nocturnā. Un̄ Ps̄. ix. Inſidiat̄ in abſcō/
dito q̄ſi leo in ſpelūca ſua. Item q: inueſtigāt
occulta noſtra. Un̄ Abdias. Quomō ſcruta
ti ſunt eſau. inueſtigauerunt abſcōdita eius.
Quartū eſt omiſſio gratuitoꝝ bonoꝝ. qđ no/
tat̄ ibi. q̄ etiā deſpoliauerunt eū. ſ. veſtimentis
grē ⁊ innocētie ⁊ imortalitatis. q̄ tūc erāt. ſ. poſ
ſe nō mori. q: mō nemo eſt q̄ viuit ⁊ nō vide/
bit mortē. vt habet̄ Ps̄. lxxxviij. ⁊ Trenoꝝ. i.
Manū ſuā miſit hoſtis ad oīa deſiderabilia
ei⁹. Hinc eſt q̄ꝫ q̄rente dn̄o adam nudū ſe eſſe
ꝯgnouit̄. Gen. iij. ¶ Nāꝫ ſicut ait beat⁹
Bern. q̄ttuor v̄tutibꝫ fuit indut⁹ in exordio
ſue creatiōis. Prima fuit miſericordia q̄ dirige
bat eū tanq̄ꝫ pedagog⁹ ⁊ ſuabat vbiqꝫ. hāc a/
miſit mlr̄ cū exarſit in ꝯcupiſcētia ſua. vt nec
ſibi nec viro nec filijs pceret vniuerſis. Silr̄
amiſit adā cū maieſtati diuīe mlierē obiecit:
q̄ſi poſt tergū ei⁹ volēs declinare ſagittam. di.
mulier dedit mihi ⁊ comedi. Scđa v̄tus fuit
veritas: q̄ tanq̄ꝫ eruditor inſtruebat vt i agni/
tionē ſumme pduceret v̄itatiſ. hāc amiſit mu
lier cū pl⁹ ſerpenti q̄ꝫ deo credidit mendaciuꝫ
ſuadēti. Silr̄ ⁊ adā vbi culpā erubuit ꝯfiteri.
Tercia fuit iuſticia q̄ regebat eū vt ſapiēs eēt
ne faceret malū. hāc hō amiſit cū eua ſerpentē
adam mlieris voci obediuit potius q̄ꝫ diuine
Quarta fuit pax q̄ fouebat ⁊ delectabat eum.
cuꝫ nec intus pugne nec foris eſſent timores.
hanc hō amiſit protin⁹ cuꝫ peccauit. q: nō eſt
pax impijs dicit dn̄s Iſa. xlviij. Un̄ ſtatī fu
gierūt a facie dn̄i: q: legē ſentiebāt ꝯriā in mē
bris ſuis. Has itaqꝫ veſtes recuperare nō valu
it niſi chriſt⁹ ſua amitteret idumēta. ſicut eniꝫ
viuificari in aīa niſi interueniēte corpali mor
te nō potuit. ita nec reueſtiri ſine ſpoliatōe ipi
us. Un̄ ⁊ in q̄ttuor ptes dn̄i diuiſa ſunt veſti
mēta. Uel latrones ſunt vicia tanq̄ꝫ ſatellites
magni latronis. q̄bꝫ ille magn⁹ p̄do tradidit
hoīem ſpoliādū. Supbia nāqꝫ abſtulit ho/
mini palliū hūilitat̄. de q̄. iiij. Reg. xix. Operu
it helyas vultū ſuū pallio. Inuidia abſtulit
homi tunicā lōganimitat̄. de q̄ Gen. xxxvij.
Fecit ei tunicā polimitā. Auaricia abſtulit ei
burſaꝫ largitat̄. de q̄ Ecci. xvij. Eleēoſyna vi/
ri q̄ſi ſaccul⁹ cū ipo. Ira abſtulit ei baltheum
fortitudis. de q̄ Gen. xlix. Gad accinct⁹ plia/
bit̄ ante eū. Accidia ei abſtulit camiſiā iterne
iocūditat̄. de q̄ p̄cepit dn̄s moyſi Exo. xxviij.
vt faceret aaron lineā ſtrictaꝫ. Gula abſtulit
ei calciamēta de pedibꝫ. de q̄bꝫ Exo. xij. Calci/
amēta habebit̄ in pedibꝫ. Luxuria abſtulit fe
moralia caſtitat̄. de q̄bꝫ Exo. xxviij. Facies fi
lijs aaron feminalia linea vt operiant carnem
turpitudinis ſue. ¶ Quītū eſt vulnera
tio ſiue debilitatio bonoꝝ naturaliū. qđ notat̄
ibi. ⁊ plagis impoſit̄ abierūt. Homi nāqꝫ nu
do in q̄libꝫ mēbro facile p̄t vuln⁹ infigi dum
vulnerata ē aīa in rōne p ignorātiā. in mēoria
p obliuionē. in volūtate p maliciā. Un̄ Iſa. i.
Omē caput languiduꝫ. ſ. a libero arbitrio qđ
torpet a bono. ⁊ omē cor merēs. ſ. a rōne q̄ ebes
eſt ad omē ꝯſiliū. A plāta pedis vſqꝫ ad v̄ticē
nō eſt in eo ſanitas. q: vbiqꝫ feruet ꝯcupiſcen
tie malū vt nō hēat i nobꝫ iā noua plaga locū
Eruerūt quoqꝫ illi oculos intelligētie. Unđ
ps̄. xxxvij. Lumen oculoꝝ meoꝝ ⁊c. Precide
runt etiā aures obedientie ⁊ nares diſcretiōis
Juxta illud Ezech. xxiij. Naſuꝫ tuū et aures
tuas p̄cident. Mutilauerūt linguā diuine lau
dis. ps̄. xxxviij. Obmutui ⁊ ſilui a bōis. Am
putauerūt quoqꝫ manus bone opatiōis ⁊ pe/
des ſtabilitatis. Juxta illud Judicuꝫ. i. Se
ptuaginta reges amputatis manuū ac pedū
ſummitatibꝫ colligebāt ſub mēſa mea ciborū
reliq̄as. Foderūt etiā lat⁹ fraterne dilectionis

Hiere.ix. Unuſquiſq; ſe a ꝓximo ſuo cuſtodi-
at. ⁊ in oi fratre ſuo nõ habeat fiduciã. Uulne
ratus etiã eſt exteri⁹ in capite ꝑ ſupbiaʒ. Iux
ta illud pſ.lxxij. Qui oderũt te extulerũt ca-
put. In ocul' ꝑ inuidiã. iuxta illud. Nuſq; re
cta acies ſʒ videt ingrat⁹ tabeſcitq; vidẽdo ſuc
ceſſus hoim. Mat.xx. An oclus tu⁹ nequã ẽ
q: ego bon⁹ ſum. Uñ Bern. Quid eſt inuide
re niſi male videre. In dentibꝫ ꝑ irã. Actu.vij
Stridebãt dentibꝫ in eũ. pſ.cxi. Pctõr vide-
bit ⁊ iraſcet ⁊c. In corde ꝑ triſticiã. Ecci.xxv.
Omis plaga triſticia cordis eſt. In manibꝫ
ꝑ auariciã Mat.xij. Ecce hõ manũ hñs ari
dã. In ventre ꝑ gulã. i. Cor.vi. Eſca ventri:
⁊ venter eſcis. deus aũt ⁊ hunc ⁊ has deſtruet.
Phil.iij. Quoꝝ de⁹ venter eſt. In renibꝫ per
luxuriã Pſ.xxxvij. Lumbi mei impleti ſunt
illuſionibꝫ. Treñ.iij. Miſit in renibꝫ meis fi
lias pharatre ſue. q aũt abierũt innuit q dia-
bolus poſtq; vulnerat hoiem aliq vicio rece-
dit ad tps vt inficiat totus in eo: vt demuʒ ve
niens liberi⁹ in aliud viciũ trahat. Uñ Oſee
vij. Quieuit paululũ ciuitas a cõmixtiõe fer
menti donec fermẽtaret totũ. ⁊ ita q aliqñ ceſ
ſat infeſtatio temptatiõis caliditas eſt tẽpta-
toris: ⁊ nõ victoria homis. Uñ Hiere.xxxvij
Nolite decipe aĩas vr̃as dicẽtes. Eũtes ab-
ibunt ⁊ recedent a nob chaldei. q: nõ abibũt.
q aũt ſequit. abierũt ſeminiuo relicto. hoc eſt
cũ prius hõ viueret vita: ſcʒ nature ⁊ grẽ nũc
viuit tm̃ poſt pctm̃ vita nature. ℞ Se-
quit de ſtatu reuocatiõis: cũ dicit. Accidit au
tẽ vt ſacerdos quidã ⁊c. In ſacerdote notatur
lex ſiue miniſter leg: ⁊ in leuita ꝓphete. q: per
legẽ ⁊ ꝓphetas diſpoſuit ad ſe de⁹ homiem re
uocare. Et ſpecialiter ſacerdos iſte fuit moyſeſ
legiſlator. quaſi ſacer dux ⁊ ſacra docens. De
q tria dicunt. Pmũ eſt q deſcẽdit eadeʒ via.
ſcʒ ad defectũ. nõ ſolũ pene ſed etiã culpe. Iſa.
xliij. Interptes tui preuaricati ſunt in me. vbi
glo. Moyſes ⁊ aaron ad aquas ꝯtradictõis.
Nume.xx. In q notat infirmitas legis. q lex
vt dicit Heb.vij. nemiẽ ad pfectũ adduxit.
Scdm eſt q vidit illũ. i. fecit illũ videre vul-
nera ſua. ⁊ eſt modus locutiõis. ſicut Geneſ
xxij. Nũc cognoui q timeas dñm. in q notat
vtilitas leg: q̃uis ſemiplena. q: ⁊ ſi non cura-
ret tñ oñdebat pcta ⁊ cohibebat ea. Ro.iij. ⁊
vij. Per legẽ eñ cognitio peccati. Et ad Gal.
iij. Cõcluſit ſcriptura oĩa ſub pcto. Terciũ
eſt q cito pterijt. in q notat breuitas obſeruan
tie legis. fuit eñ vmbra ſiue figura future ve-
ritatis. Hebr.x. Umbram habet lex futuro-

rũ bonorũ: nõ ipam imaginẽ rerũ. Data oñ fu
it vt dicit Amb. infirmis in pedagogũ. ſuper-
bis in frenũ. duris in flagellũ. pfecti in ſignũ.
Siſr ⁊ leuita. ſcʒ chorus ꝓphetarũ. qui poſt
moyſen venerũt ſauciatũ ꝑ pctm̃ viderũt ſed
nullo impenſo auxilio ptranſierũt. S
Sequit de ſtatu recõciliatõis. Samaritan⁹
aũt quidã iter faciẽs ⁊c. Samaritan⁹ interp
tatur cuſtos: ⁊ ſignificat chriſtũ. cui dr̃ Iſaie
xxi. Cuſtos q de nocte: cuſtos q de nocte. qua-
ſi diceret: pctõres ad eũ clamãtes. o chriſte cu
ſtos ppli tui q liberaſti nos de nocte culpe in
pmo aduẽtu ꝑ grãm. cur nõ liberas nos d no
cte pene in ſcdo aduẽtu ꝑ gloriã. ⁊ dixit cuſtos
q: venit mane ⁊ nox. venit mane pſperitatis.
⁊ nox aduerſitatis. Si q̃ritis me in aduerſita
te: q̃rite ⁊ in pſperitate. ⁊ ꝯuertimini malũ de-
ſerendo: ⁊ venite bonũ opando. Et ſic dicunt
ſex hic de chriſto. Pmũ eſt q iter fecit. quia i
mũdũ ꝑ incarnationeʒ. ſicut ipe ait Ioh.xvi.
Exiui a prẽ ⁊ veni i mdm. Baruch.iij. Poſt
hec i terris viſus eſt: ⁊ cũ hoibꝫ ꝯuerſatus eſt
Et Hiere.xiiij. Quaſi colon⁹ futur⁹ es in ter
ra. ſ. de patria celeſti deſcẽdẽs in pegrinationeʒ
hui⁹ ſecli. ⁊ qſi viator declinãs ad manenduʒ
id eſt trãſiens de pplo iudeoꝝ ad pplm gẽtiũ
Scdm eſt q venit ad eũ. ⁊ ſec⁹ eũ ꝑ humane
paſſibilitatis aſſumptionẽ. Phil.ij. In ſimi-
litudinẽ hoim fact⁹. Ubi Bern. Dominum
ait: ⁊ nõ hois. q: pm⁹ hõ nec in carne pcti nec
in ſilitudine carnis pcti creat⁹ eſt. Chriſt⁹ au
tẽ in vniuerſali hoim miſeria ꝓfundi⁹ ſe imer
ſit: ne ſubtil' ille diabolus magnũ pietatis dep-
henderet ſacrm. Terciũ eſt q vidit eũ p com-
paſſiõis affectũ Uñ ait Ezech.xvi. Trãſiens
ꝑ te vidi te ꝯculcatũ in ſanguie tuo. Hinc eti
am vulnerat⁹ clamauit ad euʒ Treñ.i. Uide
dñe ⁊ ꝯſidera quõ factus ſum vilis. Quarto
appropinquit ad eũ ꝑ paſſionis ⁊ mortis ſuſce
ptionẽ. Pſ.lxviij. Ueni in altitudinẽ maris
ſponte aſcendi patibuluʒ crucis. vbi guſtaui
amaritudinẽ mortis. ⁊ tẽpeſtas dimerſit me.
ſcʒ ſeuicia ⁊ imper⁹ iudeoꝝ ad ſilitudinẽ Io
ne quẽ cetus abſorbuit. ſʒ tercia die euomuit.
Ione.ij. Quinto alligauit vulnera eius ꝑ ſa
cramẽtorũ appoſitionẽ: qbꝫ qſi quibuſdaʒ fa
ſcijs pctõꝝ vulnera cohibent. Hiere.xxx. Alli
gauit dñs vulnera ppli ſui ⁊ percuſſuram pla-
ge eius ſanauit. Ecci.vi. Uincula illi⁹ alliga
tura ſalut. infundẽs oleũ ⁊ vinũ. in oleo ſigni
ficat miſericordia q generat ſpem. in vino iuſti
cia q cognoſcit timorẽ. ⁊ iſte vtrũq; ꝯiungit
ne ſpes degeneret in preſumptioneʒ: vl' timor

declinet in deſperationē. pſ. xxiiij. Dulcis et re
ctus dñs. Sꝫ oleū pfert ⁊ ſupfert vino. qꝫ mi
ſericordia ſuperexaltat iudiciū Jac. ij. Poſtpo/
nit vinū. qꝫ timor ꝯſuatiuꝰ eſt oim. Ecci. xxij
Si nō in timore dñi tenuerꝭ te inſtanter. cito
ſubuertet domꝰ tua. Bern. Infudit oleū me
is viſceribꝰ. infudit ⁊ vinū: ſꝫ minꝰ ꝗꝫ oleum.
ſic nempe ꝯgruebat meis infirmitatibꝰ. vt mi
ſericordia ſuperexaltaret iudicio: quēadmoduꝫ
vino oleū ſupfert. Sexto imponēs illū in iu/
mentū ſuū: duxit in ſtabulū ⁊ curā eiꝰ egit. et
h iumētū fuit corpꝰ ipiꝰ. Vñ dicit ad patreꝫ
pſ. lxxij. Vt iumētū factꝰ ſuꝫ apud te. qꝫ ſicut
dꝛ. i. Pe. ij. Pcta nr̄a ipe ptulit in corpore ſuo
ſup lignū. qꝫ in nob a planta pedis vſqꝫ ad ver
ticē nō erat ſanitas. totū em̄ corpꝰ ppriū fla
gellis. ſpinis. clauis ⁊ lancea vulnerari permi
ſit. vt ſic liuore liuorē vulnera vulneribꝰ pius
medicꝰ ppulſaret. Stabulū eſt eccl'ia in q re/
ficiunt aialia māſueta. Vñ pſ. lxvij. Aialia
tua habitabūt in ea ⁋ Sequit de ſtatu
pegrinatiōis. ⁊ altera die. ſ. poſt reſurrectionē
ſeꝫ in die glīe poſt diē miſerie. qꝫ non volebat
diutiꝰ in terra morari: cū oportuit eū ad prem
redire. ꝯſummato nr̄e redēptiōis ope. ptulit
duos denarios. i. duo teſtamēta. ⁊ dedit ſtabu
lario ⁊ ait: curā illiꝰ habe. qꝫ aplis ⁊ eoꝝ ſucceſ
ſoribꝰ claues ꝯceſſit. cū ait Johā. xx. Accipi/
te ſpūmſanctū: q̄rū remiſeritis pcta ⁊c. vbi di
cit glo. ꝙ due claues ſunt. ſ. diſcretio ⁊ ptās li
gandi ac ſoluēdi. has miniſtri eccl'ie debēt ex/
ercere circa curā ſauciati. ſ. pctōris ad deū con
uerſi: diſcrete iudicādo diuerſitates ⁊ circum
ſtantias pctōꝝ. ſicut dꝛ Ecci. xxv. Omnē pla
gam ⁊ nō plagā videbit cordis. i. diſcernet in
ter mortale ⁊ nō mortale. ⁊ oēm nequiciā ⁊ nō
nequiciā mulieris. i. diſcernet inter veniale et
nō veniale. qꝫ ex humana fragilitate pcedit. ⁊
omnē obductū ⁊ nō obductū odientiū. i. diſ/
cernet inter vere et diſſimulatorie penitētes. et
omnē vindictā ⁊ nō vindictā inimicoꝝ. i. diſ
cernet cui leuis ſit pn̄ia iniūgenda. Et notan
dū ꝙ primo agit deus curā pctōris culpaꝫ re/
mouēdo. Deindep miniſtros abſoluendo et
pn̄iam imponēdo. Unde Joh. xi. Ipe p ſe la/
zarū ſuſcitauit. deinde diſcipulis ſoluēdū cō/
miſit dicēs. Soluite eū ⁊ ſinite abire. In ꝗ patꝫ
ꝙ inutiliter exhibet cura miniſtri niſi pueniat
cura dei. Unde Grego. Si diſcipuli lazarū
mortuū ſoluerent. fetentē magis oſtenderent ꝗꝫ
viuentē. Debent etiā ſuperogare. i. ſup bonaꝫ
vitā ⁊ rectam doctrinā ad que tenent opa ꝯſi
lioꝝ addere. ſicut aplus ꝗ etiā a licitis abſti/
nebat dicēs. i. Cor. x. Omīa mihi licent ſed non
omīa expediūt. talibꝰ reddet dñs mercedē la/
borū cū redierit dicēs. Euge ſerue bone ⁊ fidel: qꝫ
in pauca fuiſti ⁊c.

Dñica decimaq̄rta. Sermo. CXLII.

# Onne decem

mundati ſunt: ⁊ nouē vbi ſunt.
nō eſt inuētus qui rediret et da/
ret gl'iam deo niſi h alienigena. ſcribitur Luce
xvij. ⁊ legit hodierna die p euāgelicali officio
⁋ Dicūt naturales. Infirmꝰ volēs adi
piſci ſanitatē dꝫ hr̄e tria. Prio dꝫ ſapiēti me/
dico ſuū defectū manifeſtare. vñ. Ecci. xxxviij
Fili in tua infirmitate nō deſpicias teipm. qꝫ
altiſſimꝰ de terra creauit medicinaꝫ. ⁊ vir pru/
dens nō abhorrebit eā vt dꝛ ibidē. Dicit nam
ꝗꝫ Boeciꝰ. Si opus medicātis expectas opor
tet vt vulnꝰ detegas. Scdo pcepta medici dꝫ
ſeruare. qꝫ ſm̄ Grego. ſeipm interimit ꝗ ſua/
re negligit medici pcepta Tercio ſanitate ad/
epta dꝫ regratiari medico. iuxta illud poete.
Beneficij memor eſto. Spūaliter. Sic nos
oēs infirmi Vñ Iſa. i. Omē caput languidū
⁊ omē cor merens. Idcirco q̄rere debemꝰ ſapi/
entē medicū. i. dñꝫ deū. qꝫ ſcribit Ecci. xxxviij
A deo eſt oīs medela. huic debemꝰ manifeſta/
re nr̄aꝫ infirmitatē. iuxta illud Iſa. xliij. Nar
ra ſi ꝗd habes vt iuſtificerꝭ. ſ. ſacerdoti loco dei
De ꝗ Aug. ⁊ habet de pe. di. i. Quem penitet.
Quē penitet oīno peniteat ⁊ dolorē lacrimis
oſtēdat. repſentet vitā ſuā deo p ſacerdotes. pre
ueniat iudiciū dei p ꝯfeſſionē. Vñ pſ. xxxvi.
Reuela dño viā tuaꝫ ⁊ ſpera in eo ⁊ ipſe faciet
.i. opabit ſanitatē. pſ. cij. Qui ſanat omēs in/
firmitates tuas. Scdo reqrit vt pcepta medē
ci ſeruet. Ecci. iij. Que pcepit tibi deꝰ illa cogi
ta ſemp. qꝫ ſcribit Eccs. viij. qui cuſtodit pce
ptū nō experiet quicqꝫ mali. ſꝫ hō faciēs viuet
in eis. Leuit. xviij. tam h in gr̄a ꝗꝫ ibi in gl'ia.
iuxta illud Matth. xix. Si vis ad vitam in
gredi ſerua mandata. Tercio ſanitate adepta
debꝫ regratiari medico Vñ Ecci. xxxviij. Ho
nora medicū pp̄ter neceſſitatē. qꝫ dicit Caſſi/
odo. ſup pſ. lxxvij. Nimis improbū eſt bene
ficia capere: ⁊ de pceptis gr̄as nō referre. Pro/
pter qd aplꝰs docet. i. Theſ. v. Sine intermiſ
ſione orate: in omībꝰ gr̄as agite. hec eſt em̄ vo
luntas dei. Quia ſm̄ Augu. ad aureolū. Nil
meliꝰ animo gerimus aut ore promimꝰ aut ca/
lamo exprimimꝰ ꝗꝫ vt deo gr̄as agamꝰ. econ/
uerſo dicit Bern. Nil ita diſplicet deo ſicut

ingratitudo.q2 ingratitudo eſt vent⁹ vrens ſic/
cans fontē pietatꝭ. Quales fuerūt iſti nouē h
mūdati.q2 chriſto de bñficio ſanitatꝭ ingrati.
ꝑpter qđ di.ieſus. nōne decē mūdati ſunt ꝛc.

X In ſūma euāge. duo innuunt. Prio
ſupplicatio leproſoꝝ.ꝑ corporis ſanitate. Se/
cūdo ſubiūgit exauditio eoꝝ ex mera pietate.
ꝑmū ptz in ꝑncipio.ſcđm ibi.qs vt vidit di.
ite ⁊ oñdite vos ſacerdotibꝫ.De ꝑmo dic. In
illo tpe.ſ.feria ſexta añ palmarū. cū dñs poſt
ſuſcitationē lazari vltimā faceret viā i hiert̄m.
de q̄ dicit.Dū iret ieſus in hierl̄m ambulabat
ꝑ mediā ſamariā ⁊ galileā. Gloſa dicit.Sa/
maria erat terra gentiū. Galilea vero iudeoꝝ.
trāſibat ꝑ mediū vtriuſqꝫ regiōis ad deſignā/
dū q̄ voluit pati ꝑ duobꝫ pplis.ſ.ꝑ iudeis et
gentibꝫ.de q̄ ad Ro.viij. Pro nobis oībꝫ tra
didit illū.Dicit ſan.Tho.pte.iij.h eſt verū q̄
ad ſufficientiā:nō aūt ad efficaciā.dic Theo.
Uoluit etiā iō ire ꝑ mediū vtriuſqꝫ regionis
ad deſignādū q̄ voluit eſſe mediatorꝫ q̄ vtrūqꝫ
ꝯiūgeret.de q̄ aplus ad Epheſ.ij. Ipe eſt pax
noſtra q̄ fecit vtraqꝫ vnū.⁊ mediū parietē ma
cerie ſoluēs inimicicias.vni⁹.ſ.ppli ad alterū
in carne ſua. Tunc ſubdit. Cū ingrederetur
quoddā caſtellū occurrerūt ei decē viri leproſi
dicit glo. Excludebant ab opidis ⁊ vrbibꝫ q̄
ſi immūdi ſm legē moyſi.⁊ tales ſimul habi/
tabāt.ſic hodie debet eſſe vt eſt approbatum a
iure.⁊ habet de purificatiōe poſt partū ca.cuꝫ
dicat aplꝯ.vbi dr̄ q̄ leproſi debent ſil habitare
a ſanis ſepari.⁊ ꝓpriā debent hr̄e eccleſiā.ſ.ne
ſani ab ipis inficiant.h tn̄ modo q̄ vir ſanus
mulierē leproſaꝫ:vel mulier ſana virū lepro/
ſum debita admiſtratōe ⁊ ꝯiugali affectu nec
defraudet.vt dicit Alexāder terci⁹.⁊ hr̄ de cō/
iugio leproſoꝝ. Peruenit. y Moralr̄.
Per hos decē leproſos ſignificant oēs i pctō
mortali exiſtētes.De q̄ Haymo.Lepra inui/
ſibil' eſt qn̄ varijs pctīs coinq̄nat ꝯſcia. Naꝫ
ſicut aliq̄ lepra eſt q̄ facit cadere vngues ⁊ de/
ſtruit digitos manuū ⁊ pedū.ſic pctm̄ morta
le facit inertos decē digitos.i. decem mādata
trāſgredi.De q̄ Amb. Pctm̄ eſt trāſgreſſio le
gis diuīe ⁊ celeſtiū inobediētia mādatoꝝ. Et
mortale pctm̄ cōpat lepre mltis de cauſ. Pri/
mo q2 faciē deturpat.ſcđo vocem attenuat.ter
cio ſi occultat creſcit.qrto alios inficit.quīto
a ꝯſortio ſepat Primo lepra faciē deturpat
ſcꝫ ꝯſcientie.⁊ pōt dici de eo illud Treno.iiij.
Quō obſcuratū eſt aurū:mutat⁹ ē color opti
mus.Nā pulcritudinē quā deus dederat ma
culat ⁊ deturpat.vt ſic merito poſſet ſibi dici il

lud Ezech.xvi. Abominabilē feciſti decorē t
um.ita vt impleat illud pſ.v. Uiruꝫ ſangui/
nū ⁊ doloſuꝫ abomiabit dñs. Itaqꝫ deus nō
vult eos ꝯgnoſcere.dicēdo eis illđ Mat.xxv
Amē dico vob:neſcio vos. Rō pſ.xiij.et.lij.
Abomiabiles facti ſunt in iniq̄tatibus ſuis.

Scđo lepra vocē attenuat.ſic fit pctōribꝫ
vt dñs de⁹ vocē coꝝ nō acceptet Un̄ Eccl.xv
Nō eſt ſpecioſa laus in ore pctōris:neqꝫ exau
diat eos. Iſa.i. Cū mltiplicaueritꝭ orōem nō
exaudiā vos.man⁹ eīn vr̄e ſanguie plene ſūt.
id eſt crīmie pctōꝝ.pſ.lxv. Iniq̄tatē ſi aſpexi
in corde meo nō exaudiet dñs. Ioh.ix.Sci/
mus q2 de⁹ pctōres nō exaudit.ſ. iniq̄tū pec/
catores.ſine ꝯtritiōe in malo ꝓpoſito pſeuerā
tes. Tercio lepra ſi occultat creſcit.ſic ſm
Gre. Pctm̄ dū nō abluit mox ſuo pōdere ad
aliud trahit.vn̄ fit nō ſolū pctm̄ ſꝫ ꝛc cū pecca
ti.nā dū cogitatiōi praue nō reſiſtit.deīde ſe
quit delectatio.deīde ꝯſenſus.poſt h op⁹ ma/
lū orit.vt ptz de dauid:q̄ nō refrenās ſenſuali
tatē vidit mlierē berſabee ſe lauantē:⁊ peruenit
ad malā delectatiōnē.deīde ad opationeꝫ a/
dulterij.poſt h ad homicidiū. Iō Aug. Nul
lū pctm̄ adeo paruū qđ nō creſcat neglectum

Quarto alios inficit lepra.q2 eſt morbꝯ cō
tagioſus.⁊ ſic pctm̄ mortale. Unđ Eccl.xiij.
Qui tetigerit picē inq̄nabit ab ea.⁊ q̄ cōicaue
rit ſupbo induet ſupbiā. Iō puer.i. Fili mi ſi
te lactauerint pctōres ne acq̄eſcas eis.q2 dicit
Pſ.xvij. Cū ſancto ſanct⁹ eris:⁊ cum puer.ꝑ
uerteris.ꝑpter qđ ſcribitur Num.xvi. Rece/
dite a tabernaculis impioꝝ ⁊ nolite tangere q̄
ad eos ꝑtinent ne inuoluamini pctīs eoꝝ
Un̄.xxiij.q.iiij. Quiſq̄s vbi dr̄. Quō incor/
ruptus poterit ꝑmanere:q̄ corrupti ſociant.q2
habet.xl.di.c. Cleric⁹. Ad ſocietatē regnat con
cordia moꝝ. Un̄ poeta. De conſorte malo fit
mens tua ſepe egra. Et.xxiij.q.iij. Reſecande
Reſecande ſunt putride carnes:⁊ ſcabioſa o/
uis a caulis eſt repellēda:ne totus dom⁹ maſ/
ſa corpus ⁊ pecora ardeant.corrumpant.pu/
treſcant.intereant. Quinto lepra a conſor/
tio ſepat. Unde Leui.xiij. Leproſus extra ca
ſtra habitabit.⁊ ſic pctm̄ ſepara deo ⁊ ab an/
gelis. Matth.xiij. Exibūt angeli ⁊ ſepabunt
malos de medio iuſtoꝝ:ſicut ꝑm⁹ angelus le
proſus effect⁹ ſepatus eſt ab angel alijs mun
dis.ij. Pe.ij. Si eīn peccantibꝫ angelis nō pe
percit ꝛc.qnto minus hominū impio.ſꝫ dicet
ei illud Iſaie.xxvi. Tollat impius ne videat
gloriā dei.nā ſcribit Apoca.xxi. Nō intrabit
in eā aliq̄d coinquinatū.q2 ipe eſt cādor lucis

eterne ⁊ ſpeculum ſine macula dei maieſtatis Sap. vij. Idcirco oportet vt ſint mundo corde q̄ deū videbūt Mat. v. ¶ Si igit̄ maculati ſum⁹ hac infirmitate. vicȝ lepra mortalis pcti. videam⁹ nūc de modo curatōis ⁊ mundatōis quō debem⁹ mūdari. Rñdet̄ ad ſanādū leprā anie q̄ ad h̄ mēbrū ſex req̄runt̄. Primo diuia illumiatio. ſcd̄o nr̄e volūtatis cum diuia cōformatio. tercio a pctis ceſſatio. q̄rto pcti vilitatis ↄſideratio. q̄nto cordis deuotio. ſexto vocal' orō. Dixi p̄mo ad ſanandaȝ leprā anie req̄rit̄ diuia illuminatio. Un̄ Gre. xvi. moral'. Si lumē puenient' grē nos nō irradiaret. pfecto mens noſtra in pctōruȝ tenebris obſcura remaneret. ppter qđ apl's mutatus de pſecutore in p̄dicatorē dixit. i. Cor. xv. Gratia dei ſuȝ id qđ ſum. Nā ſm Aug. Sine grā dei nec infantes nec etate grādes ſaluari pnt. Jō ſaluator dicit Joh. xv. Sine me nihil poteſtis facere. iō oportet ad ſanādū leprā anie q̄ ieſus ingrediat̄ caſtellū cordis nr̄i per grām mouentē liberȝ arbitriū noſtrū ⁊ illuminantē tenebras cordis. Nā di. Aug. Grā eſt lumē anie faciēs hoiem pctm̄ ſuuȝ agnoſcere. de q̄ Gre. Quāto q̄s maiorē grām recipit: tāto magis rephenſibilē ſe cognoſcit ⁊ ad amorē inflamat̄. Un̄ Chriſ. Nulli dubiū cū chriſtus ingredit̄ cor pctōris ⁊ inuenit qđ ſuum nō eſt. ſ. pctm̄: deſtruit illud ⁊ plantat qđ ſuū eſt. ſ. grām illuminantē p cordis ↄtritionem. Jō oēs q̄ peccauim⁹ ſup arenaȝ maris neceſſe habem⁹ deſiderare hodie chriſtum ingredi caſtellū cordis nr̄i ⁊ illumiare tenebras pctōrū p ſuā grām ⁊ deſtruere edificiū diaboli. i. pcta ⁊ plantare ſalubrē pñiam. dicēdo illud Gen. xxiiij. Ingredere benedicte dñi: cur foris ſtas

Scd̄o req̄rit̄ nr̄e volūtatis cū diuia ↄformatio. Nā dicit Damaſ. Aialia q̄ ſunt liberi arbitrij ſunt actuū ſuoȝ dñi. modo licȝ nos de⁹ illuminat p puenientē grām. tñ habem⁹ liberū arbitriū illā inſpirationē ſuſcipe vl' ſpernere. vt habet̄ de pñia di. ij. Ceterȝ. Liberi arbitrij nos ↄdidit de⁹. nec ad v̄tutes nec ad vicia neceſſitate trahimur. alioq̄n vbi neceſſitas nec corona eſt. Nā ſm Rich. Gratia hȝ ſe ad liberū arbitriū: ſicut ſeſſor ad equū. q̄ licȝ pungat ipm. ſi tñ nō vult ire cadit ſub ipo. ⁊ ſic homo ſi nō vult liberȝ arbitriū ↄformare deo manet i pcto. Richar. Sicut caput regit totū corpuſ ſic liberū arbitriū opus. q̄ oportet liberū arbitrium ↄformari diuie volūtati. Aug. Sicut nō pōt corp⁹ viuere niſi vniat̄ anie. ſic nec aia niſi deo ↄiūgat̄. i. ↄformet̄. ⁊ tangit̄ ibi. occurrerūt ei. ſ. ſe cōformādo inſpiratiōi. Jacobi. iiij. Appropinquate deo ⁊ appropinq̄bit vobis. Aug. Semp p̄ſto eſt grā ſi nō fuerit repulſa. ſcȝ reſiſtērie. ¶ Tercio req̄rit̄ a pctis ceſſatio. ⁊ tāgit̄ ibi. ſteterūt. ſic pctōr dȝ ſtare. i. a pctis ceſſare. Eccl. ij. Fili accedēs ad ſuitutē dei. ſta. i. ceſſa a pctis. vt dixit ieſus paralitico Joh. v. Ecce ſan⁹ fact⁹ es. iā noli peccare ne deteri⁹ tibi aliq̄d ↄtingat. Silr Joh. viij. dixit mulieri adultere. Uade ⁊ iā ampli⁹ noli peccare. naȝ q̄ nunq̄ȝ vult ceſſare a pctis committit blaſphemiā in ſpūmſctm̄. cui necȝ in h̄ mundo necȝ in futuro dñs remittet. Nā di. Aug. in li. de pñia. Qui ſemp plen⁹ iniq̄tate ſemp ſine charitate torq̄bit̄ ſine fine. ⁊ Gre. Uoluiſſent impij ſi potuiſſent ſine fine viuere vt poſſent ſine fine peccare. iō ad magnā iuſticiā iudicis ptinet vt nunq̄ȝ careat ſupplicio i futuro q̄ nunq̄ȝ voluit carere pcto in p̄nti ſeculo. idcirco ſta. i. ceſſa: qȝ de⁹ nō acceptat opa tua i pctis pacta. Un̄ Pi⁹ papa de ↄſe. di. v. nihil. Nihil enī pdeſt homini ieiunare. orare. ⁊ alia religiōis bona agere niſi mens ab iniq̄tate ⁊ ab obtrectatiōibꝫ lingua cohibeat̄. ¶ Quarto requirit̄ pcti vilitat' ↄſideratio. ⁊ notat̄ ibi ſteterūt a longe. qȝ verecūdātes de imūdicia. ⁊ ſic pctōr debet ↄſiderare. qȝ imunda ſunt vicia ſup omem corpalē immūdiciā. nā corpal' immūdicia fetet tm̄ ad eos qui ppe ſunt. imūdicia aūt ſpūalis pctōȝ nō tm̄ fetet ad angelos dei circa nos: ſed vſqȝ ad altiſſimi dei aſpectuȝ Unde Hugo in lib. de bono ↄſcientie. Tolerabilior eſt canis putridus i ↄſpectu hoim qȝ aia pctōris i ↄſpectu dei ⁊ angeloȝ. Hoc ↄſiderās Sene. di. Si ſcirē deos ignoſcituros ⁊ homies ignoturos: adhuc peccare dedignarer ppter peccati vilitatē. Jō Augu. ⁊ habetur de pe. di. i. quē penitet. Qui p vos peccaſti' p vos erubeſcat'. Erubeſcētia enī ipa magnā habet ptē remiſſiōis. Rich. Quāto erubeſcētia maior: tāto in ocul' dei clarior. Eccl. iiij. Eſt cōfeſſio adducens gloriā ⁊ grām. Nā ſm Auguſ. Erubeſcētia de pcto magna ē pena. ⁊ facit hominē dignū dei miſericordia. ¶ Quītū eſt cordis deuotio. ⁊ tāgit̄ ibi. leuauerūt vocē. ſ. p deuotionē in altū diuie pietat'. ſic pctōr clamare dȝ ad deū cū deuotiōe hūili. Naȝ deuotio ē magn⁹ clamor in auribꝫ dei: ita qȝ vſqȝ ad celū ptendit̄. Exod. xiiij. Quid clamas ad me. dictū eſt moyſi qui nō clamauit. ſȝ cordis deuotione loq̄bat̄. ſilr anna. i. Regū. i. Anna loquebatur in corde ſuo. tantūqȝ labia eius mouebant̄. ⁊ vox penitus nō audiebat̄. Eſtimauit

quoqȝ eã hely temulentam. Dixitq; ei. Uſqȝ q̃ ebria eris: digere paulisp vinũ q̃ mades. Rñdens anna. Nequaq̃ inq̃t dñe mi. nã mulier infelix nimis ego ſum ꝛc. Tũc hely ait ei. Uade in pace. ⁊ de⁹ iſrl' det tibi petitionẽ tuã quã rogaſti eũ. Et factũ eſt poſt circulũ dieꝝ cõcepit anna ⁊ pepit: vocauitq; nomẽ ei⁹ ſamuel. q: deuotio eſt feruida mentis in deũ directio. Sic ille ⁊ ve clamat ad chriſtũ q̃ toto deſiderio ⁊ tanto nũc q̃rit celeſtia q̃nto pri⁹ terrena ↄcupiuit. Hoc ↄcupiuit Aug⁹. di. O ſi poſſez excitare hoies ⁊ excitari cũ ipis vt tales eſſemuſ amatores vite pmanẽtis. q̃les hoies mũdani amatores ſunt hui⁹ vite fugiẽtis. Jõ legit in vitaſpatrũ: q; abbas pambo vidit mlier ẽ theatrica in alexãdria ornatã ⁊ fucatã fleuit valde. ⁊ alijs interrogãtibꝫ cãm fletus Reſpõdit Fleo q: nõ habeo ſtudiuz placendi deo quale iſta hȝ ad placendũ hoibꝫ ⁊ mũdo. Jdcirco dicam⁹ cũ pſ. xxxvij. Dñe ante te omẽ deſideriũ meũ. Gre. Anĩe ỽba ſunt deſideria. ⁊ Augu. Si lingua taceat qui deſiderat corde clamat. Hugo de pfectibꝫ religioſorũ. Non clamor ſȝ amor ſonat in aure dei. Sextũ ẽ vocalis orõ ⁊ deuota ac feruẽs. o q̃ȝ feruenter deſiderabãt iſti decẽ leproſi mũdari a lepra corpali. mlto magꝭ pctõres a lepra ſpũali. dicendo cũ pſ. l. Cor mũdũ crea in me de⁹ ꝛc. Nam pura orõ eſt pctõꝝ purgatio. Mat. xviij. Serue nequã omẽ debitũ ꝛc. Ecci. xxi. Fili peccaſti: nõ adijcias iteꝝ. ſȝ de pſtinis depcare vt tibi dimittant. ppter qd̃ docet Jſido. quotiẽs hõ tangit vicio: totiẽs dȝ ſubſequi orõ. B

Sed di. q̃lis fuit coꝝ orõ. Rñdet pmo fuit dulcis ⁊ potential'. ſcdo hũilis ⁊ obedientialis. tercio mitis ⁊ ſpũalis. q̃rto cõis ſiue generalis. Dico pmo fuit dulcis. q: a dulci nomine inceperũt. de q̃ noĩe Bern. dic. Jeſus eſt mel in ore: iubilus in corde: et melos in aure. Jtẽ fuit potential'. q: ab hꝫ potenti noĩe inceperũt orare in q̃ oꝫ nos ſaluari. Joel. ij. Omnis q̃cũq; inuocauerit nomẽ dñi ſaluus erit. Et Actu. iiij. Nõ eſt aliud nomẽ ſub celo datũ hoibꝫ. in q̃ oporteat nos ſaluari niſi in nomine ieſu. in q̃ vt dicit Phil'. ij. flectit omẽ genu celeſtiũ terreſtriũ ⁊ infernoꝝ. Nã p potentiã hui⁹ nois ↄuerſus eſt dyoniſi⁹ ad fidẽ. ſic refert mgr̃ in hyſtorijs ſup Actu. aploꝝ. Cõtigit quedã cecũ corã paulo ⁊ dyoniſio trãſire in athenis. Dixit dyoniſi⁹ paulo. Si dixeris in noĩe ieſu vide. ⁊ ſi viderit ego credã ſtatim: ſȝ ne vtaris magicꝭ ỽbis. ego ſcribaȝ tibi formã ỽboꝝ in hac forma Jn noĩe ieſu chriſti nati de ỽgine. crucifixi. mortui. qui reſurrexit ⁊ aſcẽdit in celuz vide. Cui paul⁹. vt ſuſpitio tollat dic p te iſta ỽba ⁊ videbit. q̃ facto q̃ fuerat cecus vidit: ⁊ dyoniſi⁹ ↄuerſus eſt. ecce potentia hui⁹ nois. Scdo orõ eorũ fuit humil' ⁊ obediential'. ⁊ notat ibi. pceptor. volentes ei obedire. q: cognouerũt ptãtẽ diuinitatꝭ. ⁊ ſic nos pſ. xxxvi. Subdit⁹ eſto dñõ et ora eũ. Chriſo. Quid poſtulas qd̃ pmiſit ſi nõ facis qd̃ cõmiſit. Dicit em̃ Aug. in lib. de opere monachoꝝ. Citi⁹ audit vna orõ obedientꝭ q̃ȝ decẽ milia ↄteptoris. Gre. in moral'. Obedientia victimis iure pponit. q: p victimas aliena caro. p obedientiã ppria volũtas mactat. Hebre. xiij. Obedite ppoſitis vr̃is. Gre. Si obedientes fuerit ppoſitis de⁹ obediet orõnibus vr̃is. Ecci. xv. Oratio hũiliantis ſe nubes penetrabit. Tercio fuit mitis ⁊ ſpũal'. ⁊ tangitur ibi. miſerere. q: nõ petiuerũt pecuniam vel alij. ſȝ dei miſicordiã ⁊ ỽtutẽ. q. d. nõ ſpreuiſti mariã lachrymantẽ: nõ chananeã ſupplicantẽ: nec publicanũ: nec mattheũ in thelonio ſedentẽ. q: tu es fons pietatis. q̃ dixiſti Matt. xi. Uenite ad me q̃s qui laboratꝭ ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos. Et tu veniſti medicus de celo dicẽs Mat. ix. Nõ eſt opus valentibꝫ medic⁹: ſȝ male hñtibꝫ. idcirco miſerere noſtri. Quarto orõ eorũ fuit general'. et tãgit ibi. noſtri. ecce vnitas orõis. q: p oibꝫ ſimul orauerũt. nõ dicũt mihi ſȝ noſtri. ſic hõ in generali nõ debet tm̃ p amicis ſȝ etiã p inimicis orare Mat. v. Orate p pſeq̃ntibꝫ ⁊ calũniantibꝫ vos: ⁊ nõ tm̃ p ſe ſed etiã p alijs. i. Pe. iij. Omẽs vnanimes eſtote in orõne. Criſ. Pro ſe orare eſt neceſſitas. p alio fraternitatis charitas. ſed dulci⁹ eſt añ deum orare ex charitate q̃ȝ ex neceſſitate. Phs. Bonũ de q̃nto cõmunius de tãto diuini⁹. Jõ Jaco. v. Orate p inuicẽ vt ſaluemini. C Dixi ſcdo ſubiũgit exauditio eoꝝ ex mera pietate di. q̃s vt vidit oculo. ſ. miſicordie dixit eis. ite et oñdite vos ſacerdotibꝫ. Sȝ di. q̃re eos fecit ſacerdotib⁹ oñdi. Rñdet q; q̃druplici de cã. Primo ut dei eũ trãſgreſſo: ẽ legis iudicaret. q: ſcriptũ eſt Leui. xiij. Plaga lepre ſi fuerit in hoĩe adducet ad ſacerdotẽ ⁊ videbit euȝ. ſȝ chriſt⁹ nõ venit legẽ ſoluere ſȝ adimplere Mat. v. ideo iſtos leproſos iubet ad ſacerdotes ire. vt ipi experient ſi eſſent mũdati an nõ. Et etiaȝ poſtq̃ȝ mũdati erãt vt p eis offerrẽt ſacrificiuȝ vt erat ordinatũ in lege. iuxta illud qd̃ ſaluator dicit Mat. viij. Uade inquit ⁊ oñde te ſacerdoti. ⁊ offer mun⁹ tuũ qd̃ pcepit moyſes i teſtioniũ

illis. Scd̃o vt ſacerdotes cogerẽtur laudare
miraculũ: ⁊ vt chriſtꝰ oñderet ſe eſſe maioris
ỽtutis q̃z lex. in eo ꝙ mũdauit leprã quaz lex
⁊ ſacerdotes mũdare nõ poterãt. Tercio vt ſa
cerdotes honorare doceret. iuxta illud Eccli.
vij. Honora deũ ⁊ honorifica ſacerdotes ⁊ p/
pugna te cũ brachijs. da eis ptẽ ſicut manda/
tũ eſt tibi. Nã chriſtꝰ hoc fecit. xi. q. i. ſacerdo
tibꝫ. Quid igit̃ mirũ ſi illos vr̃a pietas digne
tur honorare q̃bus in ſuo eloquio honorẽ tri
buens. eos aut anglos aut deos ipẽ etiã appel
lat deꝰ. ſic ⁊ nos eos honorare debemꝰ. qꝛ dicit
apl's. i. Thimo. v. Qui bene pſunt preſbyteri
duplici honore digni habeant̃. ⁊ nõ ſolũ illis
ſed etiã ſi mali ſũt. Nã habet̃. xiij. di. dominꝰ.
Dñs nr̃ ieſus chriſtꝰ rex ⁊ iudex ⁊ deꝰ nr̃ vſqꝫ
ad paſſiõis diẽ ſuauit honorẽ pontificibꝫ ⁊ ſa
cerdotibꝫ. q̃muis illi nec timorẽ dei nec agnitio
nẽ chriſti ſuaſſent. Quarto miſit leproſos ad
ſacerdotes: nob' in exemplũ vt leprã pc̃ti debe
remꝰ eis oñdere in ꝯfeſſiõe. Quia dicit Sy/
mon de caſſia. Cũ deꝰ factus eſt hõ inſtituit vt
homini notificarent̃ pc̃ta loco dĩ. ꝓpter qd̃ di
cit Amb. in li. de ꝑadiſo anie. ⁊ habet̃ de pe. di.
i. nõ põt. Nõ põt quiſq̃z a pc̃to iuſtificari ni/
ſi pc̃tm̃ fuerit añ ꝯfeſſus. nã ſola ꝯtritio ñ ſuf/
ficit: ſi ꝯfeſſio ꝯtemnit̃ ⁊ h̃ri põt. Idcirco ꝯfeſ
ſio hic figurat̃. ſed Joh. xx. inſtituit̃ cum dixit
ſaluator. Accipite ſpũm ſcm̃ q̃z ⁊c̃. Jõ Eccl.
iiij. Pro aĩa tua ne ꝯfundaris dicere verũ. eſt
eñ ꝯfuſio adducẽs pc̃tm̃: ⁊ eſt cõfuſio addu/
cens gl'iam ⁊ grãm. Jõ humilia pꝛbro aĩam
tuã. vt in eodẽ capitulo habet̃. Tũc ſubdit. dũ
irent mũdati ſunt. ſ. ex obediẽtia ⁊ fide. Unus
aũt ex illis vt vidit qꝛ mundatꝰ eſt. regreſſus
eſt ſcꝫ memor beneficij. cũ magna voce. i. ma/
gno deſiderio magnificãs deũ. Et cecidit in fa
ciem ante pedes eiꝰ grãs agens. ⁊ potuit dice/
re cũ pſ. lxviij. Laudabo nomẽ dĩ cũ cantico.
⁊ magnificabo eũ in laude. ⁊ hic erat ſamarita
nus. q̃ grãs egit nõ ſolũ de mundatiõe. ſꝫ etiã
de plagatiõe. nob' in exemplũ ꝙ in pſperis et ĩ
aduerſis grãs agere debemꝰ. Nã ſcribit̃ Eccs
vij. Melior eſt ira riſu. i. plus placet deo gra/
tiãctio in aduerſitate q̃z pſperitate. Sic fecit
Job. ca. ij. Si bona ſuſcepimꝰ de manu domi
ni: mala aũt q̃re nõ ſuſtineamꝰ. ⁊ ca. i. Dñs de/
dit dñs abſtulit: ſicut dño placuit ita factũ ẽ.
ſit nomẽ dñi benedictũ. Dicamꝰ igit̃ cũ Pſ.
xxxiij. Benedicã dñm in omĩ tpe. ſ. pſperis et
aduerſis. ſic fecit Grego. vt habet̃ in cañ. xxi.
q. v. ſi epoꝝ. Sed ꝙ epi mei me deſpiciãt ⁊ cõ/
tra me refugiũ ad ſeculares iudices habeant

omĩpotenti deo grãs ago pc̃tis meis deputo.
Tũc ſubdit ingratoꝝ rephenſionẽ dicẽs. Re
ſpondens ieſus dixit. Nõne decẽ mũdati ſũt:
⁊ nouẽ vbi ſunt. ſ. ꝙ nõ referũt grates. nõ ẽ in/
uentꝰ q̃ rediret ⁊ daret gl'iã deo niſi hic alieni
gena. In h̃ fuerũt valde rephenſibiles illi no/
uem q̃ erant iſraelite. de q̃rũ pp'lo erat ieſus. ꝙ
recepiſſent ab eo beneficiũ ⁊ nõ ſunt ei regrati
ati Et fuit figura ꝙ gentiles futuri chriſtiani
deberent eſſe grati chriſto de mũdatione lepre
pc̃ti facta ꝑ eiꝰ paſſionẽ. ⁊ iudei ingrati. vt im
pleret̃ illud Pſ. lix. Mihi alienigene ſubdi/
ti ſunt. Pro q̃ ſciendũ. ꝙ pc̃tm̃ ingra/
titudinis multũ diſplicet deo. de q̃ Bern. ſup
Canti. Nil ita diſplicet deo ſicut ingratitudo
Nã ingratitudo eſt inimica aĩe. exterminat/
tio meritoꝝ. diſpſio ỽtutũ. ꝑditio beneficioꝝ
ſiccans fontẽ pietatis Jõ Hugo de ſacris pre
ij. Quãto maior grã dat̃: tanto neq̃or ingrati
tudo ꝓbat̃. Jõ apl's. i. Theſ. v. In oĩbꝫ grãs
agite. Et ad grãꝝactiones inducũt nos tria.
Pmũ eſt ſacra ſcriptura. Thob. iiij. Omni
tpe benedic deũ. Quia dicit Augꝰ. in li. ꝯfeſ.
Vere felix eſſet: q̃ diuine laudi ſemꝑ inſiſtere
poſſet. Scd̃m incitans nos ad grãꝝactionẽ
eſt omĩs creatura. ſupiores vt angeli. De q̃bꝫ
Apocal. iiij. Nõ ceſſant die ac nocte clamare
dicẽtes. ſanctꝰ ſctũs ſctũs ⁊c̃. Itẽ medie crea
ture. De q̃bus Dañ. iij. Benedicite omĩa ope
ra dñi dño: bñdicite montes ⁊ colles dño. be/
nedicite vniuerſa germinantia ⁊c̃. Nã creature
benedicũt in h̃ dñm ꝙ tenẽt curſum ⁊ motũ
eoꝝ. terra fructꝰ fert: arbores in altum ferendo
Sed heu pc̃tõr obiicet laudẽ dei. ij. Thimo.
iij. Erũt in nouiſſimis diebꝫ homĩes ſeipos
amãtes. ingrati ⁊c̃. vt impleret̃ illud. Pſ. cv.
Obliti ſunt deũ qui ſaluauit eos. Gre. de tali
bus. Mirũ eſt ꝙ hõ deũ nõ ſemꝑ laudat cũ
omĩs creatura ad deũ laudandum ſꝑ inuitat.
Terciũ incitans nos ad grãꝝactionẽ. eſt nr̃a
ꝓpria natura. nã deꝰ in corꝑe hũano tot dedit
mẽbra: vt dicũt phiſici q̃t ſunt dies in anno.
vt ex h̃ rõnali inſtituto informemur ꝙ nulla
dies trãſeat ſine laude diuĩa. ergo cũ q̃s mem
bra ꝯſpicit recordari dꝫ dei ⁊ ſtudeat grãs a/
gere ei. Jõ ad Coloſ. iij. Omẽ qd̃cũq̃ facitis ĩ
ỽbo aut in oꝑe ⁊c̃. grãs agentes deo ⁊ patri per
ip̃m. Sic homo poſſet mereri in oĩbus actibꝫ
ſuis. qd̃ fecit q̃dã frater monachus ciſtercieñ.
cuiꝰ ỽtute multi ſaluabant̃ infirmi: maxime
ex ꝯtactu veſtimentoꝝ eiꝰ. Qui cũ interroga
ret̃ ab abbate q̃ eſſet ỽtus miraculoꝝ. Rñdit.
nõ ꝑ ceteris fratribꝫ laboro ieiuno vel oro. ſed

vnū ſcio φ extollere me nō pōt ꝓſperitas: nec frangere aduerſitas. cui abbas. non te turbat φ miles quidā nup ꝑdatus eſt noſtrā grangiam. rńdit. Non. totū em̄ deo cōmitto. ſi modicū habeo cū grāꝝ actione recipio. ſi multū iterū grās ago. ⁊ cognouit abbas φ v̄tus tantorū miraculoꝝ eſſet amor dei. ⁊ patientia in aduerſis: ⁊ ꝯtemptus rerū.

De eadem dñica. Sermo. CXLIII.

## Factum eſt vt

iret ieſus in hierl'm. occurrerūt ei decē viri leproſi. Luce. xvij. ℰ

Myſtice. Chriſtus ꝑ ſuū corꝑalē trāſitū docet nos trāſire ad celeſtem hierl'm. i. ad eternā felicitatē. Nā chriſt⁹ in ſuo corꝑali tranſitu tria fecit. Primo trāſiuit de loco. ſ. de finib⁹ gentiliū. ſcđo ibat ꝑ mediū. ſ. ſamariā ⁊ galileam. tercio ad terminū. ſ. hierl'm. Sic in tranſitu ſpūali ad viſionē eterne pacis ad ſupnā felicitatem: qđ hierl'm ſonat tria debem⁹ facere. Primo trāſire de vicijs ⁊ malis moribus. ad qđ nos dñs hortat̃ ꝑ Iſaiā. lij. Exite. ſ. de medio maloꝝ. exite. ſ. de vicijs. immundū nolite tangere. ⁊ nolite vltra peccare mortaliter. qđ ē tangere immūdū. Vñ Gre. in. i. moral'. Non pñt eſſe accepta opa deo q̄ malorū admixtiōe maculant̃. ꝙ oportet nos ꝑmo recedere a malo. Scđo tranſire ꝑ mediū v̄tutū ⁊ facere bona. In his em̄ duob⁹ cōſiſtit oīs moral' iuſticia. vt ait Aug. Recedere a malo ope et facere bonū. ſupbus em̄ recedere đꝫ a ſupbia. inuid⁹ ab inuidia. auar⁹ ab auaricia. ⁊ ſic de alijs. Hec eſt ꝑma ps vere iuſticie. Scđa ps eſt bonum agere. ⁊ ſignificat̃ in trāſitu ꝑ ſamariā ⁊ galileam. Samaria dicit̃ cuſtodia ꝯiūcta dño. vel mūda lana. ⁊ ſignificat v̄tutes ꝑ q̄s trāſire debem⁹ ad viſionē eterne pacis. In eo φ ſamaria dicit̃ cuſtodia: ſignificat tres v̄tutes q̄ nos cuſtodiūt ab iniuſticia. Prima v̄tus eſt timor dñi q̄ eſt initiū ſapie. Eccl. i. ⁊ ibidem đr. Timor dñi expellit pctm̄. Ex illo ptꝫ φ timor domini ſegregat nos ab omī malo. timor domini ſubijcit nos deo. timor dñi cuſtodit nos a ꝑſumptiōe. Deinde oꝛit̃ hūilitas q̄ nos cuſtodit a ſupbia ⁊ ſubijcit nos deo. vt ait beat⁹ Augu. ad matrē. Hūilitas nāqꝫ eximia v̄tus eſt. ⁊ de terrenis hoīb⁹ facit celeſtes. ꝑ hanc diabolus ſupat̃. ꝑ hāc laquei diaboli vitant̃. ſicut beatus Anthoni⁹ dixit. Vidi oēs laq̄os inimici tenſos in via ⁊ ingemiſcēs dixi. Quiſputas dñe trāſeat iſtos laq̄os. ⁊ audiui vocē dicētē. humilitas. Nemo eniꝫ pōt euadere laqueos diaboli niſi ver⁹ hūilis ⁊ obediēs. Ħ etiā declarat beat⁹ Aug. ꝑ miraculū aliud: φ magna ſit v̄tus hūilitas. Fuit em̄ monach⁹ q̄dā Marcus noīe q̄ a iuuētute valde fuit hūilis. valde obediens. māſuet⁹ ac ſapiens ⁊ deo amabil'. vt dū ad dñicum corp⁹ accederet angel⁹ dei ꝑbuit ei ſacr̄m corpis ⁊ ſanguinis ieſu chriſti. ⁊ ħ meruit v̄tute hūilitat̃: ꝑ quā hō mortal' tam amabilis ⁊ acceptabilis efficit̃ deo. Abbas etiam daniel narrat miraculū ꝑ qđ v̄tus humilitatis declarat̃. Erat em̄ in babylonia filia cuiuſdā viri boni hñs demonē. ⁊ pr̄ ei diligebat quēdā monachū q̄ dixit. Filia tua nō ꝑt mūdari a demone niſi ꝑ q̄ſdā q̄s ſcio ſolitarios. Sꝫ cū ab eis rogaueris curare eā nō acq̄ſcent preci tue ꝓpter hūilitatē. acquieſce ꝯſilio meo cū venerint in ciuitatē cophinos hñtes: eme ab eis ⁊ introduc eos in domū tuā vt pciū cōdes. inter q̄s venit vn⁹ venales hñs ſportulas q̄s fecit. a q̄ pater filie emit ſportulas: ⁊ introduxit eū in domū ſuā vt daret ei pciū. ⁊ ſtatiꝫ eo ingrediēte ſurrexit filia poſſeſſa. ⁊ dedit monacho alapā. q̄ tacuit ⁊ hūiliter ſuſtinuit. vertens ei alterā maxillā ſm̄ ꝓceptū dñi. Demon autē cū torq̄retur cepit clamare. O violentia mandatoꝝ ieſu chriſti expellit me hinc. ⁊ ſtatim mūdata ē puella: ⁊ ait. O ſanctiſſima humilitas hui⁹ feliciſſimi monachi. Si ꝙ hūilitas alteri⁹ ab altero demonem expulit. ſine dubio firmiter credere debem⁹ φ nr̄a hūilitas in cordib⁹ nr̄is diabolū regnare nō ſinet. Et tūc verā hūilitatē habem⁹ ſi nos oīb⁹ putam⁹ eſſe inferiores. ⁊ oīb⁹ venerationē exhibeamus. et oīa aduerſa q̄ nob alij faciūt humiliter toleramus ꝓpter dei amorē. Ecce qꝫ glioſa v̄tus eſt hūilitas q̄ tanta bona opat̃ vt dictū eſt. ꝭ

fructus nō cōputaret ad ſortē. omes iſti ſunt
vſurarij. xiij. q. i. Sic ꝛ vir. ꝛ. xxiiij. q. iij. ſi ha/
bes. Silr intellige de aliq̇ qui pecuniā locaret
ſup aliqḋ caſtrū vel ſup aliquā ciuitatē et fru
ctus hmōi tolleꝫ ꝛ in ſortē nō cōputaret. vſu
rarius eſt: ꝛ tenef ad reſtitutionē. Sūt adhuc
octaui q̇ dant granū vetꝰ ꝛ tollūt poſtea nouū
De his dicit Ray. ꝙ vſurā cōmittūt q̇ melio/
rem recipiūt. qḋ Hoſti. intelligit. qñ aliq̇s ꝓ/
pter ħ facit vt illā meliorē lucref. Si vō facit
ne ſua meſſis pereat: nō cōmittit vſurā. Sed
tūc etiā ſine dubio excuſaf qñ pſumif ꝙ nouū
minus debeat valere. Secꝰ eſt ſi pſumif ꝙ va
leat magis vl' plus. extra de vſu. ca. nauiganti
Noni ſunt q̇ emunt a paupibꝫ oues ꝛ boues
quas forte nō hñt. ꝛ talia aĩalia locāt eis. q̇d
ergo de ill'. Rñdeo ſm Huil'. Si emptor ſcit
vel credit ꝙ venditor ille nō habeat ꝛ locat ei
ꝓ annua penſione vſura eſt. vl' ſaltē in fraudē
vſure fit. Si vero credit eū habere ꝛ ſine frau/
de emit: nō eſt vſura. Decimi ſunt q̇ mutuāt
pecuniā ſub eo pacto vt ille ſibi remutuet. vtꝝ
illi vſurā cōmittūt. Rñdeo ſm ſan. Tho. ij. ij
q. lxxviij. Licitū eſt ꝙ mutuāti vnū ſile mutue
tur aliud. ſed nō liceꝫ obligare debitorē ad mu
tuationē in poſterū faciendaꝫ. B Circa
terciū ſciendū ꝙ eccl'ia vſurarios pſequif. hoc
pꝫ: qꝛ ꝯtra ſolutionē eoꝝ multiplex remediū
adhibuit. ꝙ ſi ꝓmiſiſſet aliq̇s vſuram ſoluere
cogi nō dꝫ ad ſoluendū. qꝛ vſure ſunt indebi
te. de iureiurā. c. debitores. Conſules: iudices:
officiales ſi ſtatuta faciūt: ſcribūt vl' dant ꝑ
que cōpellif q̇s ſoluere vſuras vl' nō petitā
ſolutas. aut qui obſeruāt illa ſtatuta: ꝛ ſm ea
iudicant: ipo facto ſunt excōmūicati ſnīa ma
ioris excōicatiōis. Itē ſcḋm remediū eſt ꝙ pꝰ
ſolutionē pōt eaſ repetere. ꝛ vſurarꝰ tenef ſibi
reſtituere q̇ ꝓ vſurā ab eo recepit. Circa qḋ
q̇ritur vtrū vſurariꝰ teneaf debitori ad dāna.
Rñdef ſm Raymū. tenef ad oīa dāna q̇ il/
le ꝓpter ſolutionē vſure paſſus eſt. vt ſi domū
ſuā ꝓpter hoc viliꝰ vendere: ꝛ aliā ꝯduxit. aut
ſi ꝓpter hoc alia bona ſub vſura q̇ſiuit. Terci/
um remediū eſt ꝙ ſi vſurarꝰ nō vult reſtitue/
re. tūc pōt iudici vel alio plato denunciare et

iudex pōt ex officio ⁊ tenet̄ illū cogere ad reſti
tuendū. Un̄ antiquit⁹ fuerūt uſurarij valde
ab alijs homib⁹ deſpecti: ⁊ cū h̄ rari: vt narrat
Guilhel. lugdunen. in ſūma vicioꝝ. ꝙ antiq̄/
tus in vna tota ciuitate vix inueniebat̄ vnus
fenerator: niſi dato ꝙ nō publicaret̄. de q̄ tn̄ cū
certitudinaliter ꝯſtaret eū eſſe uſurariū. tunc
āpli⁹ dicebat̄ dom⁹ ei⁹ dom⁹ diaboli: ⁊ vinea
ei⁹ vinea diaboli. ⁊ ſic de ceteris ei⁹ reb⁹. oſculū
pacis nō dabat̄ ei in miſſa. ignis a vicinis in
domo ei⁹ nō ſumebat̄: ad ei⁹ occurſum pueri
paueſcebāt. ſꝫ cū digito mōſtrabāt. nūc vero
nr̄is tp̄ib⁹ uſurarij ſunt p̄ncipū cubicularij. et
ab hoībus eis aſſurgit̄ ⁊ valde honorant̄. q̄d
tn̄ eſt abſurdū ⁊ abominabile multū. Sciēdū
ꝙ uſurarij nō ſolū dānāt ſeipos: ſed etiā vxo/
res ſuas ⁊ oēs pueros ⁊ heredes q̄ ſciēter poſſi
dent bona tp̄alia p̄ uſurā acq̄ſita. Un̄ legit̄ ex
emplū ꝙ quidā deuot⁹ hō rapt⁹ eſt ad viden
dū gaudiū electoꝝ ⁊ penas dānatorū: q̄ vidit
quēdā in inferno ſepultū. ⁊ arbor magna et la
ta de ei⁹ viſceribus p̄ceſſit. et in ramis arboris
pendebāt hoīes vtriuſqꝫ ſex⁹: et ingens flāma
ab imo inferni: ⁊ ab illo q̄ ſepult⁹ erat in infer/
no aſcēdit. ⁊ torq̄bant̄ illi pendētes in ramis il
lius arboris horribiliter ab illa flāma ignis q̄
aſcendit. tunc ille deuot⁹ qui vidit h̄ q̄ſiuit ab
angelo. quid h̄ eſſet. ⁊ q̄re iſti ſic crudeliter tor
querent̄. Rn̄dit angelus. ille q̄ in imo ſepult⁹
eſt pater eſt ⁊ origo illoꝝ q̄ in ramis pendēt. et
erat quondā paup: ſꝫ ditat⁹ eſt p̄ uſuras ⁊ nō
reſtituit male acq̄ſita. ⁊ ſic obijt: ⁊ iō hic in in/
ferno ſepult⁹ eſt. et iſti in ramis ſunt heredes
qui ſciēter poſſederūt illas diuitias. ⁊ iō ipi et
oēs ſeq̄ces eoꝝ q̄ de p̄genie ipoꝝ naſcunt̄: ⁊ il/
la bona iniuſte acq̄ſita ſcienter poſſederūt oēs
ad illā arborē ⁊ ad illos ramos ꝑtinent.

De eadem dn̄ica. Sermo. CXLVI.

# Olite ſolliciti

n eſſe dicentes. q̄d manducabim⁹
aut q̄d bibem⁹. aut q̄ operiemur.
⁊ ſequit̄. Primū q̄rite regnū dei Matth. vi.

L Dicūt naturales. Ille qui dat eſſe ali
cui dat illud p̄ q̄d poſſit ſe ꝯſeruare in eſſe. ⁊ ra
tio. q2 ille qui vult venire ad finē optet ꝙ ha/
beat illa q̄ ad finē ſunt neceſſaria. vt ſi vult trā
ſire mare optet ꝙ habeat nauē. ⁊ q̄ dat eſſe do/
mus ordinat ligna ⁊ lapides: vt dom⁹ talib⁹
in eſſe poſſet ꝯſeruari. naꝫ agens naturale dat
eſſe arbori. iō p̄uidet ſibi de humore terreno q̄
eſt loco alimēti vt poſſet in eſſe ꝯſeruari. Spi
ritualiter. Sic de⁹ qui eſt p̄mū ⁊ ſummū ens
dat oīb⁹ entib⁹ eſſe. Nā in vnoquoqꝫ genere
eſt cā oīm q̄ ſunt. vt habet̄ Jaco. i. Omne datū
optimū ⁊c̄. Jō dat etiā p̄ q̄ poſſint ꝯ̄ſuari in
eſſe. Dicit em̄ Gre. Sicut eſſe nr̄m ex nihilo
eſt: ita ad nihilū tenderet niſi ꝯditor oīm ma/
nu ſui regiminis ꝯſuaret. Nā ſi de⁹ p̄uidit a/
nibus celi ⁊ beſtijs terre de cib⁹ ⁊ potu ⁊ tegu/
mento q̄ ſunt inferioris ꝯditōis. q̄nto magiſ
p̄uidebit hoīb⁹ q̄s redemit ſuo ſanguīe. Jdo
apl's Philip. iiij. Nihil ſolliciti ſitis: ſed i oī
orōne ⁊ obſecratiōe cū grāꝝ actione petitiones
vr̄e innoteſcāt apud deū. ſ. p̄ dei regno. de quo
thema. Nihil ſolliciti ⁊c̄. In v̄bis p̄miſſis
duo innuunt̄. Primo p̄hibet ſollicitudinem
mentiſ timorate. ibi. nolite eſſe ſolliciti. Scdo
docet rectitudinē mētis ordinate. ibi. Primū
q̄rite regnū dei. De p̄mo dicit. Nolite ſolliciti
eſſe anie vr̄e. i. vite aīali. quid māducetis. nec
corpi vr̄o q̄d induamini. Duo em̄ ſunt neceſ/
ſaria vite hūane. ſ. vict⁹ ⁊ veſtit⁹ p̄ quib⁹ ho/
mines nimiū ſollicitant̄. ⁊ h̄ p̄hibet in p̄ſenti.

D Pro q̄ ſciēdū ſollicitudo eſt triplex. ſ. to
lerabilis: laudabil' ⁊ vituperabilis. Prima ē to
lerabilis: vt dū homo ſic inſtat poſt tēpalia
moderate loco ⁊ tp̄e vt non amittat eterna. vt
martha Lu. x. Martha martha ſollicita es.
Nā hec ſollicitudo eſt nob̄ impoſita propter
pctm̄. ⁊ eſt pena pcti. Gen̄. iij. In ſudore vul/
tus tui ⁊c̄. Hanc ſollicitudinē moderatā do/
cet Salomon puer. vi. Uſqꝫ q̄ piger dormis
Et dicit ibidē. Uade ad formicā o piger ⁊ ꝯſi
dera vias ei⁹ q̄ cū nō habeat ducē nec p̄cepto/
rē neqꝫ p̄ncipem parat in eſtate cibū ſibi. ⁊ con
gregat in meſſe q̄d comedat. Nā dicit ſanct⁹
Tho. ij. ij. q. clxxxvij. ar. vij. Sollicitudo q̄m
diuitie ſecū afferūt a diuitijs totaliter ſepari n̄
pōt. ſiue ſint magne ſiue parue: ſꝫ neceſſe ē ho
minē aliq̄liter ſollicitari de acq̄rēdis vl' ꝯſeruā
dis reb⁹ exterioribus. idcirco hec ſollicitudo
moderata nō eſt p̄hibita. Scda eſt ſollicitu/
do laudabil': q̄ eſt circa ſpūalia. Un̄ ad Eph.
iiij. Solliciti ſitis ſeruare vnitatē ſpūs i vin/
culo pacis. Hec ſollicitudo aliq̄n eſt de egeno
rū p̄uiſione in charitatiſ opatiōe. De q̄ Gela/
ſius papa. lxxxvij. di. diuine. Diuine retribu/
tionis memor ad pontificalē ꝯſciam nō ambi
gas ꝑtinere egentiū cōmodis piā ſollicitudi/
nē nō negare. Itē ſollicitudo laudabil' eſt de
anie cuſtoditione. ſ. a pctis. Deutero. iiij. Cu
ſtodi temetipm ⁊ aīam tuā ſollicite. Et puer.
iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuū Itē laudabi
lis eſt ſollicitudo de mandatorū obſeruatiōe.

Joſue.xxiij. Tantū ꝯfortamini ⁊ eſtote ſolli/
citi vt cuſtodiatꝫ cuncta q̄ ſcripta ſunt ī volu/
mine legis. Hanc ſollicitudinē req̄rit a nobiſ
deꝰ Michee.vi. Indicabo tibi o hō quid ſit
bonū: ⁊ qd dñs reqrat a te. vtiqꝫ facere iudiciū
⁊ diligere miſericordiā: ⁊ ſollicitū ambulare cū
deo tuo. Jō.ij.ad Thim.ij. Sollicite cura te
ipm. Siſr ad Ro.xij. Sollicitudīe nō pigri
Tercia ſollicitudo eſt vituperabil: q̄ ꝓuenit ex
inordinato amore tpaliū: ⁊ diffidentia puiſi/
onis diuine. Vnd Chriſ. Sollicitudo cupi
ditatis eſt filia deſperatiōis. ⁊ impedit homi
nis ſalutē. Mat.xiij. Sollicitudo ſecli iſtiuſ
⁊ fallacia diuitiaꝝ ſuffocat dei vbū. imo facit
tranſgredi oē̄ dei pceptū. Nā auari p ſollici
tudinē ſupfluā violant pmū pceptū dei. ſ. nō
habebis deos alienos. nā auaricia eſt ydoloꝝ
ſuitus. Epheſ.v. Et Aug. Quicq̄d plus di
ligis deꝰ tuus eſt. ſi pecuniā: pecunia. ſi hoīeꝫ:
homo. Itē tranſgrediunt ſcdm pceptū. ſ. non
aſſumas nomē dñi dei tui inuanū. Auari em̄
ꝓ parua pecunia mentiunt ⁊ piurāt. Itē ſolli
citudo talis facit trāſgredi terciū pceptū. ſ. me
mento vt diē ſabbati ſanctifices q̄eſcendo ab
oībꝫ opibꝫ exteriorībꝫ. tu ⁊ filiꝰ tuꝰ et filia tua
ſuus tuus ⁊ aduena q̄ eſt intra portas tuas. ⁊
vacando diuinis opibꝫ. Juxta illud Auguſ.
Dñicis diebꝫ nihil aliud agendū eſt qꝫ deo
vacandū. ſed auari plus q̄rūt acquirere pecu
nias feſtiuis diebꝫ negociādo vendēdo ⁊ emē
do qꝫ in ferialibꝫ. Itē in ſingul' alijs pcepť ſit
tranſgreſſio p ſollicitudinē auaricie. vt ptꝫ in
tuenti. ⁊ hanc ꝓhibet dñs di. Nolite ſolliciti
eſſe. ſ. inordinate: ſupflue ⁊ illicite E Nā
ſollicitudo illicita ſit quadrupl'r. Pⁱ° ex pte
illius de q̄ ſollicitamur: vt ſi tpalia tanqꝫ fineꝫ
q̄rimus. cū deꝰ ſit finis oīm. Apoca.i. Ego ſuꝫ
alpha ⁊ o. Jō.i. Cor.x. Oīa in gliam dei fa
cite. Scdo ſit illicita ꝓpter ſupfluū ſtudiuꝫ.
p qd a ſpūalibꝫ hō notabiliter retrahit. vt dic
dñs Mat.xiij. Diuitie ſpine ſunt q̄ pungūt
⁊ vulnerant. ⁊ ſic ſollicitudo tpaliū pungit
mentē. vulnerat ꝯſciāꝫ. Tercio ſit illicita: qñ
eſt inutilis. vt mercator manens domi mittit
merces ad forū. ⁊ ipē ꝯtinue ſollicitat p abſen
tibus cogitādo anxie ne pereant. ne rapiant. ⁊
tñ ſua ſollicitudine nō pñt cuſtodiri: ⁊ ſic illa
ſollicitudo eſt inutil': ſed deberet deo cōmittere
Juxta illud.i. Pe.v. Omnē ſollicitudinē ve
ſtrā proijcientes in eū: qm̄ ipi eſt cura de vob.
Quarto ſollicitudo eſt illicita ⁊ inordiāta ex
pte timoris ſupflui. cuꝫ hō timet qñ facit ea q̄
debet ꝙ neceſſaria ſibi deficiāt. ⁊ h̄ prouenit ex
diffidentia. Et hāc diſſuadet multis rōnibꝫ.
Prima rō eſt a maiori Victus em̄ reqrit ꝓ
pter vitā anie. indumentū vero ad ꝯſeruatio/
nē corpis. Sed deꝰ dedit qd maiꝰ eſt. aiāꝫ. ſ.
⁊ corpus. q̄ dabit qd minꝰ eſt. ſ. victum ⁊ ami
ctū. Vñ Chriſ. Niſi deus vellet ꝯſeruare ho
minē q̄ eſt: ipm nō creaſſet. qꝛ ipē inſtituit vt
aīam cibo: corpꝰ veſtimēto ꝯſuaret. Jō vtrū/
qꝫ ipē tribuit. Et h̄ eſt qd di. Nō poteſtis deo
ſuire ⁊ māmone. ſꝫ oportet alteꝝ ꝯtēnere. attē
dite ꝙ ſeruitutē māmone fugiatis. iō dico vo
bis. ne ſolliciti ſitis. i. anxij ⁊ nīs intenti. Cri/
ſoſto. Nō dicit opari nolite. imo opari mani
bus vt corpꝰ ſuſtinet laudabile eſt. Sꝫ vt di
cit glo. ꝓhibet ſollicitudinem q̄ trahit ab eter/
nis. ⁊ rurſum ſm Chriſ. afflictionē animi ꝓ/
hibet in acq̄rēdis tpalibꝫ ⁊ in pditis. anie vr̄e
q̄d māducetis. nō ꝙ intelligibil' aīa comedat
ſed qꝛ nō manet ꝯiuncta corpi niſi cū nutrit.
vl' qꝛ aniam corpis eſt ſuſcipe nutrimētū con/
grue nutrire anie attribuit. Vnde ſm Aug.
Anīa in h̄ loco ꝓ aniāli vita ponit. neqꝫ corpo
ri vr̄o q̄d induamini. Ecce alia ſollicitudo q̄
ꝓhibet circa veſtimentū. Premiſſo itaqꝫ pri
mā ꝓbationē adducit. nōne aīa plus ē qꝫ eſca.
de h̄ nō eſt dubiū. qꝛ eſca nunqꝫ poſſet viuifi/
care niſi eſſet anīa: in qua ē pncipiū vite. plus
eſt igit anīa viuēs qꝫ eſca. ⁊ corpꝰ plus qꝫ veſti
mentū. Nā aīam deꝰ carne veſtiuit. qꝛ caro a/
nime eſt veſtimētū. nullū igit veſtimētū tanti
eſt valoris: q̄nti eſt corpꝰ. qd tñ anie eſt. qꝛ vi/
uens cū ea eſt: etiā qꝛ fruſtra apponerent veſti
menta niſi ipm h̄ret naturalē calorē in ſe. Ci
rillus. Deꝰ qui exhibuit qd maius eſt nō ne
gabit qd minꝰ eſt. Attēde ergo ꝙ ꝓhibet ſolli
citudo ſupfluitatis. Itē attende ꝙ nō ꝓhibet
opis laborē: ſꝫ ſollicitudinē. Itē attēde ꝙ anīa
plus eſt qꝫ eſca. ⁊ tñ guloſi pdūt aniam ꝓpter
cibū. Exemplū de diuite epulone ⁊ eſau. Itē
cū corpus plus ſit qꝫ veſtimētū. magꝫ tñ ſolli
citant ipi luxurioſi mundare veſtes ⁊ ornare
qꝫ corpꝰ a luxurie fece purgare. iō q̄ndiu in fe/
ce luxurie vel ſumo corpus velut porci macu/
lant. Scda rō eſt exemplar'. qꝛ deꝰ paſcit vo/
latilia abſqꝫ eoꝝ ſollicitudine q̄rū minor ē cu/
ra qꝫ hoīm. multo magꝫ hoīes. ⁊ de hoc dicit.
Reſpicite volatilia celi. Job.xij. Numquid in/
terroga iumēta ⁊ docebūt te: volatilia celi ⁊
indicabūt tibi. Et euſdē.xxx. Sup volucres
celi erudit nos. Hec em̄ nō ſollicitant quō ci/
bus naſcat. nō quō ſeminat. Itē nō ſollicitan
tur ꝯgregando ꝓ futura indigētia. neqꝫ ꝯgre
gant ī horrea. ſꝫ pater veſter paſcit illa paſcit

paterfamilias ſuos paſcit aīalia.ſ.in obſeq̄o
filioꝝ.q̄nto ergo magꝭ filios q̄ charioꝛes ſunt
illis.nōne vos magis pluris.ſ.pcij eſtis.pluſ
em̄ valet hō q̄ȝ volatilia. Pꝛio quidē ſm Au
gꝰ.qꝛ hō cū ſit aīal rōnale ſublimiꝰ oꝛdinaꝝ
in rerū natura. Nā ſm Chriſ. Om̄ia alia aīa
lia deꝰ fecit ꝓpter hoīem.hoīeȝ ſ͠o ꝓpter ſeipȝ
Item ſm Phm.ij.phiſicoꝝ. Hō eſt q̄dāmō
finis oīm.ꝛ finis dignioꝛ eſt oꝛdinatꝭ in fineȝ
Ꝺcio q̄ꝛ homini eternitas ꝓmittꝛ.aues vero
hodie ſunt.ꝛ cras nō ſunt nec erūt.ꝛ ſi deꝰ abſ
q̄ȝ eaꝝ ſollicitudine tribuit eis victū.mlto ma
gis homini:cui deꝰ dedit opandi ſcientiam et
fructificādi ſpem. F Et nota:nō dicit ꝙ
nō volāt ad agros q̄rētes cibū.ad deſignādū
ꝙ hr̄e debemꝰ moderatā ſollicitudinē ꝛ adhi
bere laboꝛē.ħ eſt ꝯtra q̄ſdā.de q̄bꝫ Aug. Fuerꝫ
aliqui dicētes nō debere laboꝛare.ſȝ totū diuie
ꝓuidētie cōmittere.ꝛ ħ eſt falſum.qꝛ dic̄ Pſ
cxxvij. Laboꝛes manuū tuaꝝ ꝛc. Silr̄ ꝛ aplſ
ij. Theſſa.iij. Neq̄ȝ g͞tis panē mādncauimuſ
ab aliq̄.ſȝ in laboꝛe ꝛ fatigatiōe nocte ac die o
perantes.ꝛ ſubdit. Si q̄s non vult opari nec
māducet. Sȝ di. Ex quo deꝰ paſcit volatilia
celi abſq̄ȝ laboꝛe.q̄re ita nō paſcit hoīem abſq̄ȝ
ſollicitudine ꝛ laboꝛe. Rn̄r.qꝛ volatilibꝫ deus
nō dedit artē ꝛ ſciām laboꝛādi.hoībꝫ ſ͠o dedit
ſcire ꝛ poſſe laboꝛare. Et iō q̄ laboꝛe victū acq̄
rūt a deo nutriunꝛ.ꝛ vlteriꝰ ꝓpter eoꝝ opatio
nē dat etiā homini tpalē mercedē. Si q̄ vero
eſſent q̄ nec ſcirēt nec poſſent laboꝛare:illos deꝰ
ſine eoꝝ ſollicitudine paſceret:ſicut volucres
celi. Vn̄ di. Aug. In cuiꝰ figurā Gen̄.i.poſt
q̄ȝ deꝰ creauit hoīes ſciens ꝙ viuere non pote
rant ſine alimēto:ſtatim ꝓuidit eis de cibo di.
Ecce dedi vob oēm herbā afferenteȝ ſemē ſup
terrā.ꝛ vniūſa ligna q̄ hn̄t in ſemetipis ſemen
tū generis ſui.vt ſint vob in eſcā ꝛ cūctꝭ aīan
tibꝫ terre:om̄iq̄ȝ volucri celi. Cū igiꝛ ſ͠tus dei
nō ſit debilitata:ꝛ ħ q̄tidie facit in minoꝛibus
aīalibꝫ.q̄nto magis in maioꝛibꝫ. Tercia rō
eſt ex defectu nr̄e ſollicitudinis.qꝛ neq̄ȝ noſtra
ſollicitudo tanti vigoꝛis eſt vt poſſimꝰ ꝑ eam
acq̄rere.vt hic ꝓbat di. Quis veſtrū cogitanſ
ſcȝ ſollicitudine cogitatiōis ſue pōt adijcere
ad ſtaturā ſuā cubitū vnū.i.quis eſt ille q̄ ſol
licite cogitādo poſſet ſe maioꝛē facere vno cu
bito.certe nullus.igiꝛ qꝛ nutrimentū oꝛdinaꝛ
ad augmētū coꝛpis ſi augmētū nō acq̄rimus
ex nr̄a ſollicitudine:ergo nec nutrimētū. Iteȝ
ſm Aug. Illi relinquēda eſt cura agendi coꝛ
poꝛis cuiꝰ cura facta eſt vt eēt tante ſtature ꝛc̄
G Quarta rō eſt ex ꝯſideratiōe floꝛuȝ
qui creſcūt ꝛ veſtiunꝛ ſic diuerſis coloꝛibꝫ.nec
tn̄ ſubſiſtūt ſȝ mittunꝛ in clibanū.multo ma
gis ergo deꝰ nutriet ꝛ veſtiet hoīes qui capa
ces ſunt fidei ꝛ noticie ipiꝰ.ꝛ ħ eſt qđ dicit de
veſtimēto.q̄d ſolliciti eſtis.ꝓrime due rōnes
arguūt magis ꝯtra ſollicitudinē victꝰ:que ne
ceſſitas eſt frequēter maioꝛ.hec aūt rō arguit
ꝯtra ſollicitudinē veſtimētoꝝ:q̄ minoꝛ eſt.qꝛ
multi ſine veſtibꝫ vixerūt.ſed ſine victu non.
Cōſiderate lilia agri.noīe lilioꝝ intelligit ge
neraliter q̄ſcūq̄ȝ floꝛes quō creſcūt:terra illiſ ꝓ
bendo nutrimentū cum roꝛe celi:creſcūt abſq̄ȝ
ſollicitudine.nō laboꝛant acquirēdo victum
vt creſcant:neq̄ȝ nent. Nere eſt fila cōponere.
floꝛes igiꝛ nō filant veſtimēta coloꝛis varij ſi
bi texendo. Deinde cōmēdat floꝝ oꝛnatū.qꝛ
excedit omnē oꝛnatū hūana induſtria factuȝ
Dico aūt vobis.qm̄ nec ſalomon q̄ ſup om̄s
reges delicijs abūdauit in omni glia ſua.i.qn̄
magis fuit glioſus.coopertꝰ eſt ne in iſto co
loꝛe ſicut vnū ex iſtis. Hiero. Reuera inquit.
Qđ ſericū.q̄ purpura regū:q̄ pictura textricū
pōt floꝛibꝫ compari. Ipe coloꝛ dicꝛ veſtimē
tū floꝛis ſicut dicꝛ.opuit iſtum ruboꝛ. Quid
ita rubet vt roſa.quid ita candet vt liliū.viole
vero purpurā nullo ſupare murice.i.purpu
reo coloꝛe.oculoꝝ magis q̄ȝ ſmonū indiciuȝ
eſt. Si aūt fenū agri qđ iō fenū dicꝛ.qꝛ facile
igne accendaꝛ qđ hodie eſt viret et floꝛet.cras
exiccatū in clibanū.i.in furnū vł in foꝛnacem
mittꝛ vt cōburaꝛ. Deus ſic veſtit.ſtatuto tpe
lilia foꝛmanꝛ in frondibꝫ. veſtiūtur candoꝛe
ꝛ implenꝛ odoꝛe.ꝛ qđ terra radici nō dederat
deus inuiſibili opatione largiꝛ.quāto magis
vos modice fidei.vere modice ſumꝰ fidei q̄s
etiā exemplo ſenſibiliū opꝫ ad fideȝ ducere.
Quintā rōnem adducit ex differentia q̄ de
bet eſſe inter fideles ꝛ incredulos. Vn̄ non cre
dentes eſſe quicq̄ȝ preter hec ſenſibilia.ea ſola
inquirūt q̄ dei ꝓuidentia nō credūt largiri.ſȝ
hūana hr̄i ſollicitudine.ſed qꝛ tales nō ſunt fi
deles bene repetit ꝓncipale ꝓpoſitū. Nolite ḡ
ſolliciti eſſe.i.Coꝛ.vij. Volo vos ſine ſollici
tudine eſſe.dicētes.quid mānducabimus aut
q̄d bibemꝰ aut quo opiemur. Rabanꝰ. Non
dixit.ne ſitis ſolliciti de victu:potu ꝛ veſtitu:
ſed q̄d māducetis.q̄d bibetis.quo opiamini.
vbi illi argui videnꝛ q̄ ſpreto cōmuni victu vł
lautioꝛa vł auſterioꝛa querūt q̄ȝ hi cū q̄bus vi
tā ducūt.hec em̄ om̄ia gētes inquirunt.ꝛ hoc
ꝓpter cauſaȝ iā dictā.quia nō credētes ꝛc̄. Et
ſm Grego.qꝛ nullā ſpem hn̄t futuri ſeculi ne
q̄ȝ iudicij.ideo iſta querūt tanq̄ȝ bona maxia.

Item ſm Chriſ. q2 nõ credũt tpalia dei guber
nari ꝓuidentia: ſ3 caſu euenire. iõ ꝓ ipis ſolli/
citantur. chriſtiani vero q̃ ſperant eternũ: nõ de
tpalib9 debent eſſe ſolliciti: q̃ etiã ſciunt dei pro
uidentiã diſtribui hoibus. Sextã rõnem
adducit ex ſollicitudine dei pr̃is erga nos. ꝓ/
pter qd̕ nos ſollicitos eſſe nõ optet. neq3 em̃ fi
lij debent ſollicitari. ſed hãc ſollicitudinem re/
linquũt pr̃i. Vñ text9. Scit em̃ pr̃ vr̃ ꝛc. Cri
ſoſto. Qui creauit naturã: ei9 nouit indigenti
am. q2 ſi pr̃ eſt nõ põt deſpicere filios. q2 his oĩ
bus indigetis. ſicut patres licet filijs nõ dãt
ſupflua: tribuũt tñ eis neceſſaria. Vñ Lu. xi.
Si vos cũ ſitis mali noſtis bona data dare fi
lijs vr̃is. q̃nto magis pater vr̃ celeſtis de celo
dabit ſpũm bonũ petentib9 ſe. D Sz d.
tñ videm9 multos bonos ꝛ etiã malos pati pe
nuriã. vnde h̕ ꝓuenit. Rñdeť: q̃ ſeptẽ de cauſ
aliq̃ñ patimur penuriam in neceſſarijs vite.
Primo ex demerito pctõꝝ nr̃oꝝ. Deut. xxxij.
Conſumenť fame ꝛ deuorabũt eos aues mor
ſu amariſſimo. Et ponit rõem. dereliq̃rũt deũ
factorẽ ſuũ: ꝛ receſſerũt a deo ſalutari ſuo. Jdo
Ecci. xxxix. Ignis grãdo fames ꝛ mors oĩa
hec ad vindictã creata ſunt. Scd̕a cauſa pro
pter v̈tutis exercitiũ. Vñ. ij. Coꝛ. xi. In labo
re ꝛ erũna. in vigilijs multis. in fame et ſiti. in
ieiunijs multis. ꝛ hoc fuit ꝓpter augmẽtatio
nẽ meriti. Tercia cauſa ꝓpter nr̃e auaricie im
poꝛtunitatẽ. Vñ Amb. Immoderat9 tpaliũ
appetitus facit vt neceſſarijs careamus. de quo
Hiere. xlij. Fames ꝓ qua ſolliciti eſtis adhe/
rebit vobis. Quarta cã ꝓpter hũanã ſupflui
tatẽ. q2 ſupflua q̃rim9. ideo dignũ eſt vt neceſ
ſarijs caream9. q2 cui nihil eſt qd̕ habet: ꝯſtat
illũ egere. Quinta cauſa ꝓpter abuſum tpali
um. q2 creatura dei abutunť. ꝛ ergo dignũ q̃
aliq̃ñ etiã neceſſarijs careãt. q2 dicit Auguſt.
Male poſſidet q̃ male vtiť. ergo nõ eſt dign9
bonoꝝ poſſeſſione. Sexta cã ꝓpter ingratitu
dinẽ. q2 dicit Gre. Nõ eſt dign9 dãdis q̃ nõ
agit grãs de datis. Septima cã eſt: vt creda/
mus deũ nob̕ ꝓbere tpalia. Si em̃ nr̃e ſollici/
tudini ſemp cõmitterenť. foꝛtaſſe crederemus
tpalia eſſe a nob̕. vl̕ ex debito tribui a deo. cum
vero de9 aliq̃ñ ea ſubtrahit: oñdit q̃ ipe ſit do/
min9 qui ꝓbet. Iuxta illud. i. Coꝛ. iiij. Quid
habes qd̕ nõ accepiſti. ſi aũt accepiſti q̃d glo/
riaris q̃ſi nõ accepis. Jõ aplſ. i. Thimo. vi.
Diuitib9 hui9 ſecli pcipe nõ ſublime ſape. i. ꝑ
ſupbiã eleuari. neq3 ſperare in incerto diuitia/
rũ: ſ3 in deo viuo q̃ pſtat nob̕ oĩa abũde. ꝛ hoc
ꝯſiderãs Job. i. dixit. Dñs dedit: dñs abſtu/
lit ꝛc. ꝓpter qd̕ ſubdit. Querite ꝑmũ regnum
dei ꝛ iuſticiã eius. ꝛ hec oĩa. ſ. tpalia adijcientur
vob̕. q2 dicit Amb. Dedec9 eſt homini cura/
re de cibo q̃ militat ꝓ dei regno.

De eadem dñica. Sermo. CXLVII

p Rimuz queri
te regnũ dei Mat. vi. I
Criſto. dicit. Illud qd̕ eſt vlti/
mũ in executiõe debet eſſe ꝑmũ in intentione.
Spũaliter. Sic vltimat9 finis oĩm hoĩm eſt
beatitudo ꝛ felicitas ꝓpter quã creati ſumus.
vt dicit Mgr̃ in. ij. di. i. Deus fecit hoĩem vt
ſummũ bonũ intelligeret. intelligẽdo amaret.
amando poſſideret. poſſidendo frueret. ꝓpter
qd̕ felicitas ꝛ beatitudo ꝛ fruitio ſummi boni
debet eſſe ꝑmũ in intentiõe cuiuſlibet hominiſ
chriſtiani. Nã dicit Aug. de ciui. dei. Si ho/
mo illud ſummũ bonũ attingit in illo oĩa bo/
na pcipit. Nã illud ſolũ eſt optimũ ꝛ veꝝ bo/
nũ qd̕ oĩa bona precellit. ſine q̃ nulla natura
ſubſiſtit. nulla doctrina inſtruit. nullus vſus
expedit. ibi oĩa ſecura ſunt ꝛ nulla bona defici
unt. ꝓpter qd̕ merito diciť. ꝑmũ q̃rite regnũ ꝛ
dei. Iſta eſt ſcd̕a ps ꝑncipalis. in q̃ vt dixi ſer
mone p̄cedenti docet rectitudinẽ mẽtis oꝛdi/
nate di. Pamũ q̃rite. Pro q̃ ſciendum tri
plex eſt regnũ dei. Pamũ eſt circa nos. ꝛ mi
litantis ecclie. Scdm̃ eſt in nob̕ ſiue inter9.
ꝛ eſt regnũ gr̃e. Terciũ eſt ſup nos. ꝛ eſt regnũ
glie. Dixi ꝑmo regnũ dei eſt circa nos: ꝛ eſt
militantis ecclie. de quo Mat. xiij. Mitte fi
lius hois angelos ſuos ꝛ colliget de regno ei9
oĩa ſcandala. i. de ecclia. nã in ecclia ſunt va
ria genera hoĩm q̃ ꝯtinet bonos ꝛ malos. et h̕
ideo ſm Aug. vt boni ꝑ maliciã maloꝝ exerce
antur. ꝛ h̕ ꝯſueuit fieri ab initio mundi. vt di/
cit Gre. xx. moꝛal̕. In ecclia ſicut in area ſunt
triticũ ꝛ palee que ſil̕ permittunť creſcere vſq3
ad meſſem. ꝛ in tpe meſſis diceť meſſoꝛib9. col
ligite ꝑmũ zizania ꝛ alligate ea in faſciculos
ad cõburendũ. triticũ aũt ꝯgregate in hoꝛreũ
meũ. ꝛ ſic tolleť ſcandalũ de regno dei. i. de ecle
ſia. qd̕ regnũ q̃rere debem9 ꝛ iuſticiã eius.
k Sz di. Que eſt iuſticia ei9. Rñdeo q̃ ꝑmo
fidei ꝛ charitatis. vt habeť de ꝯſe. di. i. Ecclia.
Eccleſia eſt mľtitudo vl̕ collectio fideliũ fide
ꝛ charitate vnita. Pro qua vnione chriſt9 o/
rauit Joh. xvij. Pater rogo vt oẽs vnũ ſint:
ſicut tu pater in me et ego in te. Item iuſticia
eius ꝯſiſtit in chriſti imitatione. Exodi. xxv.
Inſpice et fac ſm exemplar qd̕ tibi in monte

monſtratū eſt.i.in chriſto:q̄ dixit Johan.xiij. Exemplū dedi vob vt quēadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Dicit nāq̄ Augu. in lib. de vita chriſtiana. Chriſtiani nomen fruſtra ſortit̄ q̄ chriſtū minime imitat̄. Quid em̄ ꝓdeſt vocari qd̄ nō es. ⁊ nomē vſurpare alienū. vl̄ quō chriſtian⁹ diceris q̄ chriſti act⁹ nō ſeq̄ris. Itē iuſticia hui⁹ regni ꝯſiſtit in h̄ q̄ ꝑcepta eccl'ie debem⁹ obſeruare. iuxta illd̄ Prouerb. vi. Cōſua fili mi precepta pr̄is tui. ⁊ ne dimittas legē matris tue. Scd̄m regnū eſt regnū interi⁹. id eſt regnū gr̄e ꝯſiſtens in anima quā de⁹ inhabitare dignat̄ De q̄ Lu.xvij. Regnū dei intra vos eſt. Dicit nāq̄ Aug. qn̄ voluntas nr̄a deo obedit: ⁊ tota nr̄a intentio i deum tendit: ⁊ oīs mens nr̄a ⁊ affectio ſe in deū dirigit. tūc dicit̄ regnū dei fore in nob. Nā ſm̄ Bern. Sicut in regno beatitudinis de⁹ ſe preſentē exhibet electis ſuis ad glorificationē. ita etiā ſe eis exhibet in via ꝑegrinatiōis ad iuſtificationē. vt a q̄ glorificandi ſunt ꝑ ſpeciē: ab ipo prius iuſtificent̄ ꝑ fidē. Terciū regnū eſt ſupius: vbi ſctō⁊ angelo⁊ habitatio ē preparata. De q̄ Mat. xxv. Venite bn̄dicti patris mei ꝑcipite regnū ⁊c. Nūc igit̄ in p̄nti ſermone dicendū eſt de regno gr̄e qd̄ de⁹ opatur in aīa noſtra dicēdo. Primū q̄rite regnū dei q̄ſi di. q̄rite diligēter opib⁹ meritorijs. deuotis exercitijs. v̄tutib⁹ ⁊ gratijs. vt fiant aīe veſtre regnū dei. Nā aīa rōnalis cū v̄tuoſis operib⁹ et deuotis exercitijs allicit ſibi deum vt ipam miſericorditer dignet̄ inhabitare. Nā ipe dixit Prouer. viij. Delicie mee eſſe cum filijs hoīm. L Sed di. q̄s eſt thron⁹ in q̄ rex regū reſidet. R̄ndet̄. thron⁹ eſt ſupremum mētis in q̄ v̄bū eternū ſedet. figurat̄. iij. Reg. x. Fecit rex ſalomon thronū de ebore grandem ⁊ veſtiuit eū auro fuluo nimis. Sp̄ual'r. thronus ſignificat ſupmū mētis q̄ debet eſſe de ebore. ſ. mūdicie ⁊ caſtitatis. nā ebur eſt frigidū ⁊ candidū. ⁊ ſignificat mūdicie nitorē. Cañ. v. Venter ei⁹ eburne⁹. i. caſt⁹ ⁊ mūdus. Nā de⁹ in mūdis ꝯſcientijs habitare vult: ⁊ nō in immūdis. iuxta illud Sap. i. Nō habitabit in corpe ſubdito pctīs. Iſte thron⁹ debet eſſe veſtitus auro charitatis. i. Joh. iiij. Qui i charitate manet in deo manet ⁊ de⁹ in eo. ⁊ ſic aīa dicitur regnū dei. Vn̄ Bern. Vacare deo. laudare deū. ſeruire deo. qd̄ cū in nob impletū fuerit ſine dubio aīa noſtra ꝑ dei ꝑſentiā regnū dei erit. Vn̄ Eccs. iiij. De carcere cathenisq̄ interdū quis egredit̄ ad regnū. ⁊ ali⁹ nat⁹ in regno inopia ꝯſumit̄. ac ſi diceret. qn̄ magni peccatores de carcere ⁊ de cathenis pctō⁊ egrediuntur. h̄ regnū qd̄ itra nos ē ꝯſequunt̄. ⁊ ali⁹ natus ad regnū. i. innocēs ꝑ torporē ⁊ negligentiā ab h̄ regno longe fiet. qd̄ Lu. xv. in duob⁹ filijs euidēter innuit̄. q̄zū vni q̄ ſubam ſuam cū meretricib⁹ male expenderat pr̄ ꝯuiuiū inſtaurauit occidēs ei vitulū ſaginatū: quod tn̄ nunq̄ exhibuit alio filio q̄ ab ei⁹ impio nō receſſit. Ad h̄ regnū in nob ꝯſtruendū religioſi hoīes ſpecial'r ſūt vocati. q̄ ſi negligētes inuēti fuerint trāſit dn̄s ad ſecl'ares ⁊ gentes dās eis tales grās q̄ longe ſunt ab oīb⁹ religioſis. Qd̄ pulcre figuratū eſt Mat. xxij. vbi dicit̄. Sile eſt regnū celo⁊ homini regi q̄ fecit nuptias filio ſuo. ⁊ miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ⁊ nolebant venire. Glo. vt guſtarēt hui⁹ regni delicias. Et ideo ſequit̄. nuptie quidē parate ſunt. ſed q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ḡ ad exit⁹ viarū. ⁊ q̄ſcūq̄ inueneritis vocate ad nuptias. q: nō eſt de⁹ acceptor ꝑſona⁊. ſed in omi gente: in omi ſtatu q̄ inuocāt illū hui⁹ regni delicias cōſequunt̄. M De h̄ regno qd̄ intra nos eſt tria dicam⁹. Primo de mō q̄rendi. ſcd̄o de locis inueniēdi. tercio de gr̄a fruendi. Primo ſciendū q̄ h̄ regnū q̄druplicitér q̄ritur. ſ. ꝑ purā ꝯuerſionē. volūtatis inclinationē. toti⁹ cordis exhibitionē: ⁊ ho⁊ triū cōtinuationē. Primo ergo ad efficacē inq̄ſitionē req̄rit̄ ꝯuerſio. q̄ em̄ aliq̄ mō rē inq̄rere q̄rit neceſſe eſt vt ad eā q̄rendā totaliter ſe ꝯuertat. cōuertens aūt ſe ad eā neceſſe eſt vt ab oīb⁹ que nō ſunt illud penit⁹ ſe auertat. Plena ḡ cōuerſio eſt cū oēs ſenſus interiores ⁊ exteriores: ꝑiter ⁊ affectiōes a mūdo et ab alijs q̄ mundi ſunt abſtrahunt̄. ⁊ ad h̄ regnū q̄rendū oīa ſit̄ ꝯuertunt̄. De hac inq̄ſitiōe dicit̄ Iſa. xxi. Si q̄ritis q̄rite: ꝯuertimini ⁊ venite. ac ſi diceret. ſi efficaciter q̄ritis ⁊ q̄rere cupitis. tūc ꝯuertimini ⁊ venite ad q̄rendū. Quē modū q̄rendi innuit nob ſapiens Eccli. xvij. Reuertere ad dn̄m ⁊ auertere ab iniuſticia tua ⁊ nimis odito execrationē. ⁊ cognoſce iuſticias ⁊ iudicia dei. Hanc ꝑfectā ꝯuerſionē trāſfigurauit in ſe apl's ꝓpter nos: vt ⁊ nos ita faciam⁹. ad phil'. iij. dicēs. Vnū aūt q̄ quidē retro ſunt obliuiſcens. ad ea v̄o que ſunt priora extēdens meipm. Qd̄ exponēs Bern. dicit. In v̄bis iſtis apl'i manifeſte declarat̄ ꝑfecta eorū q̄ retro ſūt obliuio: ⁊ ꝑfecta in anteriora extenſio. Talis em̄ eſt hoīs iuſti in hac vita ꝑfectio. Secundus modus q̄rendi regnū dei ꝯſiſtit in plena volūtatis inclinatiōe: dātes volūtatē ad omnia q̄bus regnū dei pōt acq̄ri. de hoc dicit̄. ij.

Paralip.xv. In tota ſua volũtate queſierunt
dñm ⁊ inuenerũt.plena aũt ⁊ pfecta volũtas
ↄſiſtit in trib9.videlicȝ in cõmunione.affecti
one ⁊ opatiõe. Cõmunione: vt ſit cõis cũ deo
volens oĩa q̄ de9 vult. Affectiõe vt nõ ſolũ vo
lũtas ꝓcedat ex iudicio rõnis.ſȝ ex affectu in/
time deuotiõis. Opatione vt qđ volũtas deſi
derat q̄ntũ poſſum9 opemur ⁊ ope expleam9.
talis volũtas qđ q̄rit inuenit.q꞉ cũ nõ poterit
volũtas p facto reputat᷑. De hac volũtate di/
cit Gre. Ante dei oclos nõ eſt vacua manus a
munere: vbi archa cordis repleta ſit bona vo/
luntate. Terci9 modus q̄rendi regnũ dei cõſi
ſtit in toti9 cordis exhibitione. vt videlicȝ ad
q̄rendũ regnũ totũ cor nr̃m ſine ſciſſione.ſine
claudicatiõe exhibeam9.qđ facere monemur
p dauid.i.Paral.xxij. Prebete corda vr̃a ⁊ a/
nimas vr̃as vt q̄ratis dñm deũ veſtr̃. Ad qđ
faciendũ inſtruit nos forma cordis. In natu
ris em̃ rerũ legit᷑. ꝙ cor homis ſupius eſt latũ
⁊ aptũ.inferius ꝟo ſtrictũ ⁊ clauſuȝ.ſignãs ꝙ
ad ſupiora q̄renda dȝ eſſe latũ in affectionib9
⁊ aptum. ⁊ ad terrena ↄtenenda dȝ eẽ ſtrictũ
⁊ clauſum. Toto ergo corde regnũ dei q̄rim9
ſi cũ oĩbus affectiõib9 cordis illud q̄rimus.
De quib9 affectiõib9 dicit Bern. Totuȝ cor
noſtrũ pverſum eſt in affectiõib9: ⁊ de eis acci
piendũ eſt qđ dicit᷑ vt toto corde ad dñm cõ/
uertant᷑.cõuertat᷑ amor tu9 vt oĩno nihil dili/
gas ꝑter deũ.ſic ⁊ gaudiũ tuũ ⁊ triſticia cõuer
tant᷑.hoc aũt fiet ſi ſm̃ deũ ſolũ doleas aut lete
ris.De h̃ modo q̄rendi dr̃ Deutero.iiij. Cuȝ
q̄ſieris dñm deũ tuuȝ inuenies eum.ſi tñ toto
corde q̄ſieris ⁊ in tota tribulatiõe anime tue.
Quart9 modus q̄rendi regnũ dei ↄſiſtit in p̄/
dictorꝫ triũ ↄtinuatiõe.vicȝ vt q̄ram9 dñm ⁊
iterꝫ q̄ram9 ⁊ acq̄rendo nunq̄ȝ animũ remitta
mus.De h̃ dr̃.i.Paral.xxij. Prebete corda ve
ſtra ⁊ aĩes vr̃as:vt q̄ratiſ dñm deuȝ vr̃m.pſ.
ciiij. Querite faciẽ ei9 ſemp. Hec aũt ↄtinua/
tio agit᷑ pcipue p intentionẽ.ſemp em̃ q̄rimus
ſi oĩa que agim9 ad q̄rendũ regnũ dei ordina/
mus. Lu.ix. Nemo mittẽs manũ ſuã ad ara/
trũ ⁊ reſpiciẽs retro:apt9 eſt regno dei.ac ſi di/
ceret. Quicũq̄ȝ reſpiciẽdo retro ab intentione
q̄rendi dñm animũ remiſerit.nõ ↄſequet᷑ illđ
regnuȝ. ¶ Scđo dicet᷑ de locis illud re/
gnũ inueniẽdi.ſunt em̃ loca in q̄b9 regnũ dei
deus poſuit.in q̄b9 ſi efficaciter querit᷑ ſine du
bio inuenit᷑.ſ.in ꝓfunda hũilitate.tenui pau/
pertate.in pſecutiõis anxietate. in ꝟtutuȝ ſan
ctitate. Primo q̄rens regnũ dei inuenit illud
in ꝓfunda humilitate.naȝ de9 illud hũilitati
hũiduȝ dedit.vt dr̃ Lu.xij. Nolite timere pu
ſillus grex.q꞉ cõplacuit prĩ veſtro dare vobiſ
regnũ. Glo.puſillus grex.i.humil᷑. Hinc ꝙ
dñs volens nos ad hui9 regni guſtũ ꝑducere
obmiſſis oĩb9 alijs ꝟtutib9 et exercitijs bonis
di. Mat.xi. Diſcite a me q꞉ mitis ſum et hu/
milis corde. Hinc gl'iabat᷑ beata ꝟgo ſentiẽs
in ſe h̃ regnũ ↄſtructũ in q̄ oĩs plenitudo di/
uinitatis habitabat corꝑalr̃.cũ diceret.q꞉ re/
ſpexit humilitatẽ ancille ſue.ac ſi diceret.null᷑
meis meritis.ſȝ ſola hũilitate quã reſpexit do
min9 in corde meo: hanc ſum grãm cõſecuta.
Qui ergo regnuȝ inuenire voluerit hũilitate
ſe veſtiat ⁊ cogitatiõe ⁊ locutiõe habitu ⁊ opꝫ
ratione. ⁊ h̃ regnũ inueniet certius oĩ certo.
Scđo regnũ celorꝫ in tenui paupꝑtate eſt col/
locatum. De q̄ Mat.v. Beati paupes ſpũ/
tu: q̄m ipoꝝ eſt reg.cel. Deus em̃ edificator et
dator hui9 regni nunq̄ȝ viſus eſt nec inuetus
niſi paup. Hec aũt paupꝑtas trib9 dȝ appen/
dicijs decorari.ſ.voluntariſ ↄtinẽtia.rerꝫ caren
tia: ⁊ vſus abſtinẽtia. Primo dico hec paup/
tas dȝ hr̃e voluntariſ ↄtinẽtiã:vt ſit volunta/
ria nõ coacta. Nõ em̃ vt ait Bern. paupertas
eſt ꝟtus.ſȝ amor paupꝑtatis. Et idcirco ad h̃
diſcernendũ addit dñs.beati paupꝑes ſpũ.i.
volũtarie. Scđo hec paupꝑtas ↄſiſtit in reruȝ
carentia: vt actu nihil penit9 poſſideat. De q
gloriat9 eſt petrus di. Ecce nos reliq̄m9 oĩa.
Tercio hec paupꝑtas ↄſiſtit in vſus abſtinen
tia: vt cũ paupes ſumus: victũ ⁊ veſtitũ pau/
peruȝ habeam9 ſola neceſſitate ↄtenti. Tercio
regnuȝ celorꝫ inuenit᷑ in pſecutiõis anxietate.
que ꝑpter deũ ⁊ ei9 iuſticiaȝ ſuſtinetur.de qua
Mat.v. Beati q̄ pſecutionem patiunt᷑ ꝑpter
iuſticiã. Hec pſecutio in trib9 eſt. q̃n ſine cau
ſa tpalia nobis auferunt᷑.ſ.in reb9. in perſona
q̃n infirmitate vl' quibuſdã dolorib9 corꝑeis
ↄterunt᷑.in ſpũ cum fidei falſitate vl' blaſphe/
mia.vl' occiſione ſiue dãnatiõe.vl' etiã deſpecti
one ſpũales hoĩes grauiter ĩpugnant᷑. Quar/
to regnũ celorꝫ collocatũ eſt in ꝟtutũ ſanctita/
te.i.Corꝫ.iiij. Nõ in ſermone eſt regnũ dei ſȝ
ꝟtute. In q̄bus aũt ſit ꝟtutib9.ide Ro.xiiij.
euidẽtius oñdit di. Nõ eſt regnũ dei eſca ⁊ po
tus.ſed iuſticia pax ⁊ gaudium in ſpũſancto.
Et ſubdit. Qui eniȝ in h̃ ſeruit chriſto placet
deo ⁊ pbat9 eſt hoĩb9 Nã de iuſticia dicit pſ.
xiiij. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo.
Rñdit. Qui ingredit᷑ ſine macula ⁊ opat᷑ iu/
ſticiã. De pace ꝟo dei dr̃ Mat.v. Beati paci
fici: q̄m filij di vocabunt᷑. Q, ſi filij dei ⁊ here/
des. Ro.viij. Sed de gaudio Joh.xvi. Iterꝫ

videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrū. ⁊ gau. vr̄m
nemo tollet a vob. ꝑ gaudiū aūt ſpūale i hac
vita habitū eternū gaudiū ꝓmeret̄ ¶ Ter
cio dicēdū eſt de h⁹ regni fruitōe. quā ⁊ ſi nul
la lingua poſſit exꝓmere: aliq̄d t\ cn̄ q̄ſi a remotꝭ
poſſum⁹ depingere. De hui⁹ fruitōis delicijs
que in h̄ regno interiori ↄfluāt ⁊ cōcurrunt
ſex ſunt breuiter agēda. ibi em̄ ſentit̄ dei p̄ñtia.
omniū grāꝝ affluentia. oīm maloꝝ abſentia.
⁊ h̄ ex pte dei. Ex pte vero anīe alia tria conſe-
quūtur. ſ. cognitio lumioſa. dilectio glorioſa.
fruitio delicioſa. Primo em̄ i h̄ regno fruimur
dei p̄ſentia. quē p̄ñtem adoram⁹ ⁊ guſtamus.
Nā ipe hoc ꝓmiſit Leui. xxvi. vbi dicit. Po-
nā tabernaculū meū in medio vr̄i. ⁊ nō abijci-
et vos anīa mea. ambulabo inter vos ⁊ ero de⁹
veſter. qd̄ Salomon legēs admirando dixit
ij. Paral. vi. Ergo ne credibile eſt vt habitet
deus cū hoīb9 ſup terraꝫ. ⁊ h̄ eſt quod ꝓmiſit
Mat. xxviij. Ecce ego vobiſcuꝫ ſum vſqꝫ ad
ↄſummationē ſecli. Scd̄o he delicie ↄſtant ex
oīm grāꝝ affluentia. de q̄ Deutero. viij. Rerū
oīm abundātia pfrueris. Iteꝫ ibidem. xxxiij.
Inundationē maris q̄ſi lac ſugent. ⁊ iteꝫ. xx
iij. Ipe erit plen⁹ benedictiōib9 domini. Vñ
Bern. Ex intuitu ſil' oīm bonoꝝ expieris mul
titudinē magnitudinis ei⁹. De tercio. ſ. abſen
tia oīm maloꝝ figuratiue legim⁹. i. Regū. iiij.
vbi dicit̄. Timuerūt philiſtijm dicētes ve no
bis. De his tribus ſil' iunctis dicit Bern. Ex
motu cordis intellexi p̄ſentiā dei. ecce p̄mū.
⁊ ex intuitu ſil' oīm bonoꝝ expaui multitudi
nē magnitudinis ei⁹. ecce ſcd̄m. ⁊ ex fuga vici
orū carnaliū ⁊ cōprehenſiōe affectuū aduerti
potentiā eius. ecce terciū. Ex his ergo trib9 ex
pte dei in regnū anīe ↄfluentib9 ſequuntur a-
lie tres delicie ad ineffabile gaudiū anīe affici
entes. quaꝝ p̄me ſunt cognitio lumioſa. licet
em̄ alias ꝑ fidei veritatē deū cognoſcim⁹. h̄ tn̄
fit in enigmate ꝑ qualēcūqꝫ expientiā ⁊ grāꝝ
affluentiā q̄bus cognoſcim⁹ deuꝫ. ⁊ id̄ hec co-
gnitio dicit̄ lumioſa. Scd̄e delicie ſunt ⁊ exi-
ſtunt in dilectiōe glioſa. Anīa em̄ vidēs ſe in
diligēdo tam ſupra modū victā incipit ſaltꝫ
in hoc momēto mādatū dilectionis exoluere
diligere deū ex toto corde. tota anīa. tota vir̄tu
te. ⁊ id̄ eius dilectio dicit̄ glioſa. Tercio conſi
ſtit in fruitione delicioſa. guſtat em̄ grā bona
dñi q̄ agnomine dicim⁹ ſpūales ↄſolationes.
quas deſcribit Bern. ſic dicēs. Conſolatio di
uina eſt ſuauiſſima delectatio boni ⁊ guſt⁹ ſa-
pientie licet exigu⁹: q̄b9 interim benign⁹ dñs
afflictā aiaꝫ refrigerat. Guſtus aūt ille nihil

aliud eſt niſi irritamētū deſiderij ⁊ incenſiuuꝫ
amoris. Recipit itaqꝫ anīa tria genera delicia
rū q̄ in hac viſitatiōe ↄfluūt. Nā ex deo patre
q̄ amor eſt inebriat̄ anīa affectuoſiſſima chari
tate. de filio q̄ ſapiētia eſt illuſtrat̄ anīa illumi
noſa v̄tute. ex deo ſpūſctō q̄ bonitas eſt et dul-
cedo perungitur anīa dulciſſima bonitate. Ex
his tribus ↄfluentib9 anīa a ſe alienat̄ ⁊ in ſta
tum diuinū ꝑ illo tpe penitus mutat̄. ad quē
ſtatū nos pducat ⁊c.

De eadē dñica. Sermo. CXLVIII.

Rimuꝫ queri
te regnū dei Mat. vi. P

P Expedito vno ſmone de regno
interiori ad religioſos ꝓprie ꝑtinēte. nūc acce
dendū eſt ad ſcd̄m ſmonē de regno exteriori l'
ſupiori oēs electos generaliter ſuſcipiente.
Scd̄m hoc v̄bū ꝓpoſitū in tria diuidit̄. Pri
mo em̄ hortamur ad h̄ regnū qd̄ ſupra nos ē
p̄ncipaliter inq̄rendū. Scd̄o innuit̄ q̄bus h̄
exercitijs ſit faciendū. Tercio ꝓmittit efficaci
ter h̄ regnū q̄rentib9 tpalia ſe adijcere. Primū
ibi. p̄mū q̄rite regnū dei. ſcd̄m ibi. ⁊ iuſticiam
ei⁹. terciū ibi. ⁊ hec oīa adijcient vob'. Vñ qꝛ
regni acq̄ſitio nihil aliud eſt niſi iuſticie opa-
tio. teſte pſ. xiiij. q̄ cū quereret a dño di. Dñe
q̄s habitabit in tabernaculo tuo. accepit dñi
riſum. Qui ingredit̄ ſine macula ⁊ opat̄ iuſti
ciā. Id̄ de hac iuſticia ꝑ quā regnū celoꝝ acq̄
rendū ſit ⁊ inueniendū tria dicemus. Primo
de iuſticie deſcriptiōe. ſcd̄o de iuſticie remune-
ratione. tercio de iuſticie ꝓgreſſione ſiue ope-
ratione. A p̄mo ergo incipiētes h̄ eſt ſciendū.
qꝛ vis iuſticie naturaliter eſt hoīb9 inſita: cōti
nens hec duo p̄cepta nature. qd̄ tibi nō vis fi
eri: alteri ne feceris. ⁊ qd̄ tibi vis fieri: alteri fac
Quib9 ↄcordat illud Mat. vij. Oīa q̄cū-
qꝫ vultis vt faciāt vob' homīes: ⁊ vos facite il
lis. De hac iuſticia dicit Aug. Iuſticia eſt in
corde hoīs naturaliter. Itē alia deſcriptio iu-
ſticie. Iuſticia eſt v̄tus general' cōprehēdens
toti⁹ anīe rectitudinē q̄ ↄſiſtit in debita ordia
tione homīs ad deū: ad ſe ⁊ ad ꝓximū. inquā-
tū em̄ ordinat hoīem ad deū ↄtinet in ſe virtu
tes theologicas. qꝛ em̄ vnū deū cognoſcimus
iuſtū ē vt i ipm credam⁹. ecce fides. Quia ve
ro ipm fidelē credimus. iuſtū eſt vt i ipm ſpere
mus. ecce ſpes. Et qꝛ multa bona ab eo p̄cepi-
mus. iuſtū eſt vt ipm ſup oīa diligamus. ec
ce charitas. Et qꝛ ipm noſtris offendim⁹ pec
catis. iuſtū eſt vt eū timeamus. ecce timor. Et

quoniã ex peccatis viles facti ſum⁹. iuſtũ eſt
vt humilitatẽ habeamus. ecce humilitas. Et
ſic poſſum⁹ de oĩbꝫ virtutib⁹ ratiocinari. ipſa
em̃ iuſticia om̃es ỽtutes que ad deũ ordinãt
plene in ſe cõtinet ⁊ pfecte. Scđo nõ ſolum il
los ↄtinet: ſed etiã virtutes ordinãtes hoĩem
ad ſeipm̃. Cognoſcentes em̃ nos a vicijs im/
pugnari: iuſtũ eſt vt eiſdẽ p virtutẽ reſiſtam⁹.
ecce fortitudo. ⁊ q꞉ neceſſitati nr̃e voluptas i/
ſidiatur. iuſtũ eſt vt p tempantiã vtrũqꝫ mo/
deremur. ecce tempantia. ſic etiã caſtitas. ab/
ſtinentia ⁊ mũdicia ordinãt hoĩem ad ſeipm̃
ad deũ ⁊ ad proximũ. ſicut amor proximi. eq̃/
tas. fidelitas. miſericordia: in pauperes largi/
tas: ⁊ alie plures. Scđo dicendũ eſt de iuſti/
cie remuneratione. vt viſo fructu iuſticie ⁊ vti
litate ipam iuſticiã ſtudioſi⁹ opemur. Facien
tibus em̃ ⁊ opantib⁹ iuſticiã optima dant q̃/
bus maiora nõ habet de⁹. ſ. pſent; vite ſanctifi
cationẽ. inferni euaſionẽ. celeſtis regni poſſeſ/
ſionẽ. De quo Math. v. Beati q̃ eſuriũt ⁊ ſi
tiunt iuſticiã. Si ergo beati. ergo ⁊ ſanctifica
ti. Itẽ Ps̃. lxxxviij. Juſticia ⁊ iudiciũ prepa
ratio ſedis ei⁹. cui cũ dñs iſider p ſuã pſentiã
aniam ſanctificat. De ſcđo Prouer. x. Juſti/
cia liberat a morte. qđ de morte eterna oportet
intelligi: eo ꝙ nulla iuſticia a morte liberat na
turali. quis etiã iuſticia liberat a morte infli/
genda p iniuſticia. De tercio pūerb. xiiij. Ju
ſticia eleuat gentẽ. glo. in eternũ. Mat. v. Ni
ſi abundauerit iuſticia vr̃a plus q̃ꝫ ſcribarũ ⁊
phariſeoꝝ: nõ intrabitis in regnũ celoꝝ. ergo
p oppoſitũ p abundantẽ iuſticiã regnũ poſſi/
debitis. Per hos tres maxios fructus horta
mur crebri⁹ in ſcriptura vt iuſticiã opemur.
Deutero. xxiiij. Habeas iuſticiã corã dño deo
tuo. Itẽ Ecci. iiij. Uſqꝫ ad mortẽ certa p iuſti
cia. Q Uiſis ergo fructibꝫ q̃s p iuſticiã
ↄſequimur. nũc inſtandũ eſt qũo ⁊ q̃liter iu/
ſticiã opemur. Scđm ergo diuiſionẽ ſup ra/
poſitã dicendũ eſt de iuſticie opatione. Uerũ
cũ dicat Bern. Juſticia eſt ỽtus reddẽs vni/
cuiqꝫ qđ ſuũ eſt. Sũt ergo aliq tra ſingulari/
ter quibꝫ ex iuſticia tenemur reddere qđ ſuũ
eſt. ſcꝫ peccat; pñiam. vicijs reſiſtentiã. merit;
diligentiã. flagellis patientiã. hoĩbus beniuo
lentiã. mũdo diſplicentiã. deo reuerentiã. Pri
mo ergo pc̃tis reddam⁹ pñiam quã facillime
ſolueremus: ſi dãna que ex pc̃tis incurrim⁹ vi
derem⁹. nocent em̃ pc̃ta deo: angel; ſanctis: bo/
nis hoĩbus ⁊ mal; hoĩbus. ⁊ p ↄſequẽs omni
creature. Primo em̃ dico nocẽt deo. patri em̃
impediũt promiſſionẽ. filij paſſionẽ. ſpũſan/
cti adoptionẽ. angeloꝝ reſtaurationẽ. ſcõꝝ
ↄſummationẽ. bonoꝝ pmotionẽ. maloꝝ con/
uerſionẽ. dãnatoꝝ ampliorẽ faciũt ↄcrema/
tionẽ. in purgatorio exiſtentiũ impediũt libe/
rationẽ. oĩm creaturarũ renouationẽ. ſup oĩa
aũt ⁊ p oĩbꝫ oĩm bonoꝝ faciũt priuationẽ. pec
cans em̃ ſibiipi aufert honorẽ: diuinas atqꝫ vi
tam. Et idcirco ex his que dicta ſunt neceſſa/
rio ↄſequens eſt: vt ſicut peccatum ſuo modo
omibus nocet. ⁊ om̃e bonũ q̃ntũ in ipo eſt im
pedit. ita in die iudicij a pc̃tõꝝ oĩa que ſunt
expetent vltionẽ. Hinc dicit Sap. xvi. Crea/
tura tibi factori deſermẽs exardeſcit in tormen
tum aduerſus iniuſtos. Item ibidẽ. c. v. acci
piet armaturã zelus illi⁹. ⁊ armabit creaturã
ad vltionẽ inimicoꝝ. Unde de pc̃tõꝝ recte di
citur illud Gen̄. xvi. Manus ei⁹ ↄtra om̃es
⁊ man⁹ oĩm ↄtra eũ. q꞉ ſicut man⁹ pc̃tõꝝ pec/
cando eſt ↄtra deũ ⁊ omnẽ creaturã. ſic in iudi
cio manus dñi ⁊ oĩm que ſunt vlciſcẽdo ſunt
ↄtra eũ: vt dicere poſſet illud Hiere. xv. Om/
nes maledicunt mihi. Scđo reddam⁹ vicijs
reſiſtentiã. niſi em̃ p pñiam iã mundati vicijs
nos impugnãtibꝫ viriliter reſiſtamus: ſubito
nos ſubuertent: ⁊ erit ſine dubio nouiſſim⁹ er
roꝝ peior priore. De his vicijs dicit Nu. xxx/
iij. Si nolueritis interficere habitatores ter/
re qui remãſerũt: erunt vobꝫ quaſi claui in ocu
lis: ⁊ lancee in lateribꝫ: ⁊ q̃ ſunt qui remanent.
vicia vtiqꝫ que poſt pc̃ta dimiſſa iterũ nos ipu
gnant. Joſue. xxiij. Si volueri; barũ gentiũ
que inter vos habitãt adherere erroribꝫ. ⁊ cũ
eis miſcere cõnubia atqꝫ amicicias copulare.
Jam nũc ſcitote ꝙ domin⁹ deus noſter nõ eaſ
deleat ante faciẽ veſtrã. ſed erũt vobis in foue
am ⁊ in laqueũ ⁊ offendiculũ ex latere vo: do
nec vos auferat atqꝫ diſpdat. Quotiens ergo
nos impugnauerint viriliter reſiſtam⁹. dicen
tes illud Canti. v. Expoliaui me tunica mea
qũo induar illa. laui pedes meos quomõ inq̃
nabo illos. ⁊ illud Ecci. xxxiiij. Qui baptizat
a mortuo ⁊ iterũ tangit mortuũ. quid pdeſt
lauatio illi⁹. Eſt aũt e ipis vicijs tripliciter re/
ſiſtendũ. videlicꝫ actionẽ ſubtrahendo. men/
te nõ ↄſentiendo. nec opere ppetrando. De pri
mo Prouerb. iiij. Auerte pedẽ tuũ a malo. af
fectum pedẽ vocanſ. De ſcđo dicit Thob. iiij
Caue ne aliq̃n peccato ↄſentias. De tercio p/
uerb. xxvi. Sicut canis q̃ reuertit ad vomitũ
ſic imprudens q̃ iterat ſtulticiã ſuã. R
Tercio reddam⁹ bonis opibꝫ diligentiã ea fi
deliter exercẽdo. ⁊ ad hoc tria ſunt neceſſaria.
debem⁹ em̃ in om̃ibꝫ opibꝫ agendis toto cor/

po:e τ om̄ibꝫ eius mēbris vacare attentiōe al
ligare. τ ꝑ intentionē ea in deuz ordinare. de q̄
dicit̄ Eccl. xxx. Contine τ ɔgrega coꝛ tuuz in
ſanctitate. Ibidē. li. Congregate vos ī domū
diſcipline. q: dicit̄ Prouer. xviij. Frater q̄ ad
iuuat̄ a fratre q̄ſi ciuitas firma. De ſcd̄o dicit̄
Joſue. xxij. Cuſtodiatis attente τ ope imple
atis De tercio. i. Coꝛ. x. Omnia in gl'iam dei
facite. Et de oībus talibꝫ dicit̄. ij. Paral'. xix.
Cū diligētia cūcta facite. Quarto flagell' red
damus patientiā. ſufferētes patienter τ hūili
ter quicq̄d aduerſitatis nobis aduenerit pu
re ꝓpter deū. Sunt autē flagella dn̄i ſufferen
da patienter ꝓpter tria bona q̄ ex eis ɔſeq̄mur
Primo vt ꝑ flagelli amaritudinē peccati dul
cedo expietur. Scd̄o vt homo ex flagello in
virtutibꝫ et cognitione nō extollat̄ ſed humi
lietur. Tercio vt cū mala nr̄a cum tanta diffi
cultate vincim⁹ peccatū ſoliciti⁹ caueat̄. De ꝑ
mo dicit̄ Job. xx. Panis ei⁹ in vtero illi⁹ ver
tetur in fel aſpidū. ac ſi diceret. Quantū de pa
ne delectationis ſumim⁹. tantū nobis de felle
tribulatiōis ꝓpinat̄. Et hoc eſt qd̄ dicit̄ Apo
cal'. xviij. In poculo qd̄ miſcuit vobis miſce
te illi duplū. Quantū gl'ificauit ſe τ ī delicijs
fuit: tantū date illi tormentū τ luctū. De ſcd̄o
dicit̄. ij. Coꝛ. xij. Ne magnitudo reuelationū
extollat me τc̄. Qd̄ exponens Grego. dic̄. Dū
tribulationibꝫ exercemur diuina diſpenſatio
nē agit: ne virtutibꝫ ſplendens extollatur. ſꝫ tā
q̄ꝫ male oꝑans humiliet̄ De tercio Johan. v.
cuidā ſanato dixit dn̄s. Ecce ſanus factus es
iam noli peccare ne deteri⁹ tibi aliq̄d ɔtingat.
Vn̄ reiterantibꝫ pc̄ta grauioꝛa de⁹ ſupplicia
minatur. Ezech. viij. cū dicit. Ecce iſti appli
cant ramū ad nares ſuas τc̄. Has tres cauſas
ſimul ponit Bern. dicēs. Pauci ſunt q̄ in tri
bulatione ſciūt q̄ꝫ pia ſit diſpenſatio dei. ad h̄
em̄ tribulatiōes immittit vt in eis nunc experia
mur dū cruciamur q̄d deliquimus qn̄ delecta
bamur. τ ſic expiemur a pc̄to. Ecce ꝓma cau
ſa. Et ſequit̄. Et idcirco flagellamur vt noſtre
infirmitatis memores dū ſemꝑ cogimur re
miniſci q̄d fuim⁹ nō extollamur. ſi modo me
lioꝛes ſumus. Ecce ſecūda. ſequit̄. Et q: ma
la noſtra tanta difficultate vincimus tribula
tio immittit̄ vt peccare ampli⁹ timeam⁹. Cuꝫ
ergo ex temptatiōe vtilitates ꝓueniāt: opoꝛtꝫ
nos quotiēs temptamur diuinā diſpenſatio
nē obediēter ſuſcipere. τ patiēter temptationū
moleſtiā ſuſtinere. Nemo ergo ɔtemnat di
ſciplinā dei. q: ſi peccatoꝛ eſt neceſſe eſt illi vt
erudiat̄. Qui em̄ nō eſt temptat⁹ quid ſcit. ſi
ſanct⁹ eſt neceſſariū eſt illi vt premiū augeat̄.

S Quinto reddam⁹ proximis beniuo
lentiā. τ in medio nationis praue τ ꝑuerſe ſi
ne querela ɔuerſemur: ſtudentes ſollicite om
niū importunitates et aduerſitates patien
ter poꝛtare: τ a nullo poꝛtemur De hac beniuo
lentia dicit̄ Job. xxx. Frater fui draconū τ ſo
cius ſtrutionuꝫ. de hoc hoꝛtamur ad Ro. xij.
Si fieri pōt qd̄ ex vob eſt cū oībꝫ hoībꝫ pacē
hn̄tes. Itē. i. Pe. ij. Cōuerſationē vr̄am inter
gentes hn̄tes bonā. vt in eo q̄ detractāt de vo
bis tanq̄ꝫ de malefactoꝛibꝫ ex bonis opibꝫ vos
ɔſiderantes glorificēt deū. τ ſubiungit Sub
iecti eſtote omi humane creature ꝓpter deum
Studeam⁹ igit̄ amare τ amari: τ poꝛtare in
firmitates tam moꝝ q̄ꝫ coꝛpoꝝ proximoꝛum
Hec aūt beniuolētia ad ꝓximū habenda tri
plici exercitio implet̄. Si ꝓximis nulla mala
irrogam⁹. irrogata eq̄nimiter toleram⁹. bona
ꝓ malis impendimus. Sexto reddamus
mūdo diſplicentiā. vt eū τ omīa q̄ ei⁹ ſunt ꝓ
pter deū ɔtēnam⁹. q: dicit dn̄s Mat. vi. Ne
mo pōt duobꝫ dn̄is ſeruire. aut em̄ vnuꝫ ha
bebit odio τc̄. q: dicit̄ Jaco. iiij. Quicūq̄ꝫ vo
luerit amicus eſſe ſeculi hui⁹: inimic⁹ dei ɔſti
tuitur. Hec aūt mūdi diſplicētia vl' mūdi cō
tempt⁹ tribꝫ exercitijs acq̄rit̄. Primo ſi ꝓpter
timoꝛē mūdanū nihil facim⁹ qd̄ eſt ɔtra deū.
Scd̄o ſi mūdū nō diligim⁹. Tercio ſi d̄o ſer
uientes negocijs extraneis nos nō immiſceā
mus. De ꝓmo dr̄ Matth. x. Nolite timere
eos q̄ occidūt coꝛp⁹. aīam aūt nō p̄nt occide
re. ſed poti⁹ timete eū q̄ pōt τ aīam τ coꝛp⁹ per
dere in gehennā. De ſcd̄o. i. Joh. ij. Nolite di
ligere mūdū: neq̄ꝫ ea q̄ in eo ſunt. ſi q̄s diligit
mūdū: nō eſt charitas p̄ris in eo. de q̄. ij. Thi
mo. ij. Nemo militās deo implicat ſe negocijs
ſecularibꝫ. Septimo reddam⁹ reuerentiā
deo Eſt aūt duplex dei reuerētia. vna ī deo q̄m
nulla creatura etiā angelica vel quecunq̄ꝫ ce
leſtis attingere poterit: nec cognoſcere: nec de
ea quicq̄ꝫ dignū dicere. q̄nto em̄ propius con
templando ad illū accedit̄: tanto ſublimi⁹ e
uolat et aſcendit. ſ̄m illud Pſ̄. lxiij. Accedet
homo ad coꝛ altū τ exaltabitur deus. Et ideo
hanc relinquim⁹ ei cū reuerentia coꝛdis τ coꝛ
poꝛis inclināres. Secūda reuerentia eſt que
ꝑ grām adiuuantē τ hoīem conantē ī coꝛdi
bus fideliū excitat̄. que nō eſt aliud q̄ꝫ admi
ratio maieſtatis. Hanc reuerentiā dupliciter
exercem⁹. ſ. interi⁹ ꝑ mētis deuotionē. τ exteri⁹
ꝑ oꝑationem. Eſt aūt triplex affectus. qui ad
hanc reuerentiā in nobis ɔſtruedā conſtruit.

